UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

I

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

Hypodidaſcalus dici poteſt repetitor ab ὑπὸ ſub/et διδάσκαλος magiſter.

Hypogea loca ſubterranea dicuntur a grecis: q̄ dictio frequens eſt apud Joſephū ⁊ Egeſippū.

Hypopodon latine ſuppedaneū.

Hypopirgiū/loc⁹ ſub turri ex ὑπὸ ⁊ πύργος turrꝭ.

Hypomnema atis. ⁊ hipomnemētū ſumit̄ ꝓ interp̄tatione ⁊ cōmētarijs. Cice. Tironi: Multū mihi eripitur opere in exſcribēdis hipomnematibus.

Hypoſtaſis/ſubſiſtētia ſiue ſubſtātia: a theologis pro perſona capit̄. Unde hypoſtaſes ꝑſone/ſubſiſtētes appellantur. Nam στασισ ſtatio dicit̄. Hieroñ. ad Dama. Tota ſeculariū litterarꝫ ſchola nihil aliud hipoſtaſim niſi vſiam nouit.

Hypotheca pe. pro. latine pignus ſuppoſitio/documētum/Hipotheticus ſuppoſitiuus.

Hypotheſis pe. cor. argumētū ſiue materia cauſa thema propoſitum.

Hypothicos/ſubucula: ⁊ proprie pontificū eſt: vt inq̄t Hieronymus.

Hypothira ſiue hypothirides apud Uictru. capit̄ ꝓ valuarū cauitate ⁊ inanitate.

Hypoçeuſis ſubdiſtinctio/figura cum ſingulis ſenſib⁹ datur propria clauſula: vt Regem adit: regi memorat nomenq; decuſq;.

Hypotipoſeon. i. diſputationū vel informationū.

Hyrcania/regio aſiatica/magna ex parte plana ⁊ p̄clariſſimis vrbibus adornata: quarū celebrāt Talebrotam/Samariā ⁊ Cartā ⁊ Tapem. Et adeo opulēta vt vitis vna vini metretā efferat: ⁊ fic⁹ ſexaginta modios ficorū. Frumentū ex ſemine naſcat̄/qđ extollūt. Dicta hyrcania ab hircana ſylua: q̄ ſcithie ſubiacet: habet ab oriēte mare Caſpiū. A meridie Armeniā: a Septētriōe Albaniā: ab occaſu Iberiā. In ea regione panthere pardi ⁊ tigres abūdāt cū ſyluis aſpera ſit: Hic hircan⁹: vt mare hircanū/hoīes hircani. Hiero. Hircani volucribus ⁊ canib⁹ ſemiuiuos ꝓijciūt.

Hyſginum/color ſimilis coccineo. Unde greci veſtes ὑσγινοβαφεῖσ appellant: hoc eſt hiſgino tinctas. Pli. lib. xxij. Hiacinthus in gallia maxime prouenit Hoc ibi pro cocco hiſginū tingit.

Hyſopus feminini generis ⁊ hyſopū neutri cum y ſm Apul. herba pulmoni valde vtilis: cuius penultima producit̄ cū apđ grecos ſcribat̄ ꝑ ω mega: q̄uis macer corripiat. Eſt hyſopū ſiccū/calidūq;: ⁊ terti⁹ illi. Eſt in vtriſq; gradus. Hiero. in pſal. interp̄tatione. Sicut eñ hyſopū terrenū curādis pulmonib⁹ aptū eſt: vt auertat inflationē: ita homo celeſti q̄s reſpſus hyſopo. i. humilitate cordis ab omni ſuꝑbie malignitate purgat̄. Sunt etiā q̄ hyſopū ꝑ duplex ſſ ſcribāt.

Hyſteria grece: latine ſecūdine folliculi ſunt ꝯtinentes fetum in matris vtero cum menſtruis.

Hyſterologia/locutio ꝑpoſtera: figura eadem cum hyſteronproteron.

Hyſteron/vltimū vel nouiſſime. Unde hyſteronproteron eius figura cum ſentētia ordine cōmutatur: vt Poſtq; altos tetigit fluctus: ⁊ ad equora venit. Naz prius ad equora venit q̄ tangeret fluctus.

I Littera vocalis ē que etiā coſonās fieri ꝯſueuit ⁊ modo pro ſimplici/modo pro duplici accipitur. Pro ſimplici tunc habetur/qñ ab ea incipit ſyllaba in principio dictiōis poſita ſubſequēti vocali in eadē ſyllaba: vt Juno Jupiter. Pro duplici autē qñ in medio dictionis ab ea ſyllaba incipit poſt vocalē ante ſe poſitam: ſubſequēte quoq; vocali in eadē ſyllaba: vt maius peius maia. Nōnunq; tñ reperit̄ i littera ꝓ ſimplici cōſonāte in medio dictiōis poſita: ſed in cōpoſitis: vt Reijcere/Reiectus. Notandū i litterā ꝓ cōſonāte poſitā aſperari nō poſſe cū nulla conſonās ante ſe aſpirationē accipere valeat. Uñ Hieroſolyma ſex ſyllabarū eſt: Hiulcus triū: Ac per deriuationes quidē tranſit i in alias vocales. In a: vt genus generis generatim. Paulus pauli paulatim. In e/Fortis forte. In o/Pater patris patronus. Eſt etiā i imperatiuus modus ab eo is. Teren. I pre ſequar.

## J Ante A

Ia fuit nomē minoris filie atlātis: ⁊ latine vox đr. Item Ia greci vocant violas. Unde Janthina veſtis. i. violacea. Rurſus Ia exultantis interiectio eſt.

Iacch⁹/nomē bacchi ἀπὸ τοῦ ἰαχῶ/clamo/cāto/vocifero. Nam qui baccho ſacrificabant/clamare ſolebant. Et duplici cc ſcribi debet: q̄uis in verbo ἰαχῶ ſit ſimplex c: qđ ideo fit vt in iaccho ſecūda ꝓducat̄: que in verbo iacho corripit̄. Uirgi. Gratiſſima vitis iaccho. Ponitur quādoq; pro vino.

Iaceo es. iacui. ſm notā ſignificationē. Uirgilius dixit Strata iacēt paſſim ſua q̄q; ſub arbore poma. Plautus in amph. Quis hic eſt ſenex q̄ ante edes noſtras ſic iacet? Dicimuſq; iaceo in ſtrato/iaceo humi. Liui. lib. ij. de bel. puni. Humi iacentez inter cuſtodias ſtationeſq; militū circūſpexerunt. Qñq; iacere ſignificat extare eſſe. Sal. In medio campus iacet aquis vndiq; ſcatens. Quādoq; plenū eſſe. Uirg. libro. iij. geor. Sz iacet aggeribus niueis informis ⁊ alto terra gelu. Qñq; per plurimū porrigi. Idem in eodem Tantū campi iacet. Qñq; ſquallere. Lucil. li. xxx. Et ſua ꝑcipue retro relicta iacere. Qñq; mortuū eſſe ꝙ iaceant: nec amplius cadauera moueant̄. Luca. Ille iacet paci quā ꝑtulit orbis. Qñq; ſepultū eſſe. Martia. Nō aliter cineres mando iacere meos. Hui⁹ verbi cōpoſita ſunt: Adiaceo/iuxta iaceo. Interiaceo/in medio iaceo. Liui. Deſcendunt in planiciē que inter capuā tiphatamq; interiacet. Subiaceo/ſubditus iaceo: ⁊ ſubdit⁹ ſum. Lactā. lib. iij. Quoniā igit̄ vtriq; ſubiacet forticudo. Obiacet: de quo alibi. Et hec habent penul. cor. in triſyllabis.

Iacio is. ieci/iactū/ſignificat emitto. Apul. Multis in eum lapidibus iactis. Unde iacere ad certū eſt dirigere in id in qđ intendit. Hiero. in li. Judi. Sic fundis lapides ad certū iacētes vt capillum quoq; poſſent ꝑcutere. Et iacere eſt ponere. Trāſlatio ſumpta ab edificijs/maxime a cothonib⁹. i. portub⁹ manu factis q̄bus magna iaci fundamenta neceſſe eſt. Cic. in Philippi. In quo tēplo quātū in me fuit ieci fundamenta pacis. Hui⁹ cōpoſita ſunt: Abijcio/adijcio/cōijcio/circūijcio. Uñ circūiecta impedimēta dicimus: Deijcio/diſijcio/eijcio/inijcio/interiaceo/obijcio/ꝓijcio/ꝑiaceo/ꝑijcio/reijcio/ſubijcio/traijcio ⁊ ſuꝑiacio. Hiero. in Ezech. Et ſuperiacient puluerē capitibus ſuis ⁊ cinere conſpergentur.

Iacto as. frequēter iacio. Sene. Dum lapillos iactaret in puteū. Uirg. li. j. geor. Deucalion vacuū lapides iactauit in orbem. Aliquādo iactare eſt ſepe voluere. Idem. Atq; illū tales iactātē pectore curas. Aliquādo fatigare/vexare/concutere: vt Iactatos equore toto: Troas relliquias. Lactā. li. v. Qui patrem regno expulit bello perſecutus eſt: exulē toto orbe iactauit. Ex quo apparet non eſſe verā differentiā: quā Seruius ponit/dicēs: Jactamur in mari/fatigamur in terris. Aliqñ ſignificat plagis ſternere. Cicero in Uer. act. ij. Jactatur domi ſue vir primarius ⁊ homo honeſtiſſimus pro ſe quiſq; manus affert. Aliqñ temere laudare: ſiue ambitioſius gl'iari. Uirg. Quā iuxta ſequit̄ iactātior ancus. Hiero. ad Julianū: Diues ille omnia q̄ in lege ꝑcepta ſunt ſe impleſſe iacta/

bat. Hinc iactantia. Aliquādo inaniter loqui. Uirg.
Talia iactanti ſtridens aquilone procella: Uelū ad/
uerſa ferit. Aliqñ frequēter emittere. Idē li.ij. geoꝝ.
Et ſi nō aliū late iactaret odorē Laurꝰ erat. Et alibi
Ipſi leticia voces ad ſidera iactāt .i. crebro emittūt.
Aliqñ frequēter ducere: vt apud eundē. Haud vnq̄
manibus iactata fatiſcit .i. ductata. Quidā etiā iacta
tū ꝓ primitiuo ⁊ ꝓ excuſſo. Alij ꝓ depēdēti accipiūt:
vt li.iiij. geoꝝ. Et dextro iactata recūbit in armo.
Iactātia q̄ ⁊ iactatio/a Cicerone diffinit li.iiij. tuſ. ꝙ ſit
voluptas geſtiens ⁊ ſe efferens inſolentius.

Iactanter aduerbium a participio iactans formatur ⁊
ſignificat cum iactantia. Hieroñ. Ne iactanter de ſe
querere videretur.

Iactuoſe ſimiliter dicitur cum iactātia. Cice. Cum ſint
multa iactuoſe dicta.

Iactito as. penul. coꝝ. frequentatiuū a iacto. Hiero. ad
Cteſi. Urbicū. Et hoc te iuxta ſcripturā facere iacti
tas. Et ad Pāmachiū. Et ꝙ vnꝰ rome amicꝰ obiece
rat: a mltis in toto orbe inimicis dicerē iactitatū.

Iactura. pe. pro. dicit ꝓprie dānū de mari qñ quis ma/
gnas in naui merces habet: ⁊ tēpeſtate cogit eas in
mari iacere/ne nauis obruatur.

Iaculum pe. coꝝ. dicitur quicquid iaci in longū poteſt.
Nam fit vt iaciatur.

Iaculor pe. coꝝ. deponens/ſignificat in longū iacio. Iu/
uena. Quantas iaculetur monychus ornos. Col. li.
ij. Faba que longius emittet pura eo perueniet quo
ventilator eam iaculabitur.

Iaculo as. eiuſdē ſignificationis. Clau. Latis iaculatur
in aruis. Aug. in Ps̄. interpretatiōe per trāſlationē
dixit: Iaculabāt in ora interrogantiū ſe ſagittas dei.
Hinc Eiaculo: qđ eſt extra iaculo/ꝓijcio. Gel. Ario/
nem cum fidibus ⁊ indumentis/cum quibus ſe in ſa/
lum eiaculauerat extitiſſe.

Iaculatio/iaculamē ⁊ iaculamentū pro eodē.

Iaculus. pe. coꝝ. ſerpentis genus qui ſubit arbores: e q̄
bus vi maxima vibrat/penetratq̄ quodcūq̄ animal
obuiū fecerit fortuna. Luca. Et natrix/ violator aq̄/
iaculiq̄ volucres.

Iacobus pe. coꝝ. nomē propriū q̄tuor ſyllabarū. Clau.
Quid laceras verſus dux iacobe meos. Noia enim
ꝓpria ſicuti Priſcia. docet in fine accutū accentū ha
bent q̄ more latino declinata eundē retinēt ⁊ penul/
timam producunt: vt Adam adamus/ Ioſeph io/
ſephus.

Iam aduerbiū tp̄is/qđ pene eſt idem qđ tunc. Quintil.
Qđ ſi ſatis prudenter ea viderint/iam ꝓpe cōſuma
ta fuerit ꝑcipientis opera. Interdū hortātis eſt: ⁊ ve
luti morā increpātis. Uirgil. Iam diua precor. In/
terdū feſtinātis. Terē. Ego iam proſpiciā mihi. In/
terdū ponit pro nunc. Uir. lib. iij. geoꝝ. Iamq̄ hos
curſu iam ꝑterit illos. Interdū pro ꝑterea ⁊ q̄ſi mo/
dus eſt quidā coniungens ſentētias: vt apud eundē.
Iam maris imenſi prolē ⁊ genus omne natātū: Iā
varias pelagi volucres. Hoc idē efficit coniunctum
cum ꝟo Cice. Iam ꝟo vrbibus cōſtitutis.

Iamiam ſignificat repente: vt iamiā aderit. Et cū ꝑſen/
ti ponit licet ad futurū reſoluat. Uirgi. Iam iamq̄
manu tenet ⁊ premit haſta: quaſi mox tenebit: ⁊ nūc
videtur tenere. Plerūq̄ figurate per indignationez
accipit. Idem: Iamiā nec maxima Iuno. Nec ſatur/
nius hec oculis pater aſpicit equis. Et per miſeratio/
nem. Sal. Iamiā animo meo chariſſime frater q̄q̄
tibi īmaturo ⁊ vnde minime decuit/ vita erepta: tū le
tandū magis q̄ dolendū puto caſum tuū. Et per ex/
hortationē. Quinti. Iamiā cōmilito quicunq̄ caſus
manet etiā ſi imperator dānaturus eſt habes ſolatiū
ſatius eſt/q̄ a patre occidi.

Iādiu ſignificat olim. vā dui qñq̄ ꝓ lōgo tp̄e ponit.

Iamdudū ex iā ⁊ dudū cōponit. Et aliqñ de paruo tp̄e
dr: vt Iādudū te expecto. Aliqñ de lōgiori. Pli. lib.
xix. Iādudū ex eadē Hiſpania ceolitō venit in italiā
plagis vtiliſſimū. Macro. Iamdudū hec queſtio ab
Ariſto. ⁊ ꝓpoſita eſt ⁊ ſoluta. Ponit etiā ꝓ continuo
vel q̄primū. Uirg. Iamdudū ſumite penas.

Iam olim ſignificat iamdudū. Cice. Iamolim in princi
pio illud ſtatuerā. Sumit ⁊ ꝓ aliqñ. Uirgi. At iam/
olim ſeras poſuit cū vinea frondes. Olimiam ꝓ iam
pridem. Quintil. Olimiam impator inter fulgentes
virtutes tuas liuor locū querit .i. a lōgo tp̄e.

Iampridē ſignificat de paruo tp̄e. Sene. Iampridē te
expectātes ibi ſederamꝰ. De lōgiori Pli. Qđ maio/
res noſtros iāpridē feciſſe manifeſtū eſt: qđ genꝰ nug
⁊ patrū fere noſtrorū memoria inuētū eſt pro conti/
nuo. Luca. Tollite iāpridē victricia tollite ſigna.

Iamtum ſignificat ex eo tēpore. Plau. Iamtuz occepit
virginē amare. Ueteres etiam iamtum pro tantum
vſi fuere. Et iam pro tam.

Iambus/pes conſtans ex prima breui vltima longa: ab
inuentore vt q̄dā putāt dictus. Quidā iambū dedu
cunt απο του ἰαμβιζειν qđ eſt ꝯtumeliari inuehi.
Feſtus: Iambi dicebantur q̄ ſinguli ex proſcenio loq̄
bantur: trijambi/qui terni.

Ianus ab hiatu dictus eſt detracta aſpiratione: quē qui
dam ſolē putāt. Ideo geminū: q2 vtriuſq̄ ianue cele/
ſtis potentē qui exoriens aperiat/occidens claudat.
Alij ianū mundū .i. celū intelligūt: quaſi Eanū ab eū/
do: vt inquit Cice. lib. ij. de natu. q2 mundus ſemper
eat dū in orbē voluit ⁊ ex ſe initiū faciens in ſe refer/
tur. Hinc ⁊ bifrōs pingit: duas eñ facies añ ⁊ retro
habere dixerūt: ꝙ annus ex ſe initiū faciēs fini occur/
rat. Uel ꝙ ꝑterita ſciuerit/⁊ futura preuiderit: ſeu ꝙ
ſuperorū ⁊ inferiorū ianitor extiterit. Huius tēpluz
erat rome qđ tp̄e belli patebat: tp̄e pacis claudebat.
Uñ patultius ⁊ clauſius cognoiabat. Hūc etiā qua
drifrōtē fecerūt: ob quattuor orbis partes ⁊ ianū ge
minū vocitarūt. Et iunoniū/q2 calendarū princeps.
Calende enim ſunt iunoni dicate. Et ianus erat locꝰ
Rome vbi ſenatores conſiſtebant in regione baſili/
ce: quoniā in eo Iani ſimulacra collocata viſebant.
Oui. Qui puteal ianumq̄ timet: celereſq̄ calēdas.
Iani quoq̄ peruie tranſitiones foreſq̄ profanarum
ediū ianue vocabant. Sue. in Domi. Ianos inquit
arcuſq̄ cum quadrigis ⁊ inſignibus triumphoꝝ per
regiones vrbis extruxit.

Ianualis porta Rome a Iano dicta vbi ⁊ poſituz fuit
eius ſignū. Hanc Numa inſtituit vt eſſet clauſa ſem
per niſi cum bellum foret.

Ianua primus ingreſſus ad interiora domꝰ a Iano di/
cta ꝙ huic deo cōſecratū erat omne principiū. Et ꝓ/
prie domus eſt ianua: oſtiū ꝟo partiū vt cubiculorū:
licet confundantur. Nam et ianua a quo ianitor pro
oſtio ponit: ⁊ oſtiū a quo oſtiarius pro ianua.

Ianitor pe. coꝝ. cui ianue cuſtodia eſt cōmiſſa.

Ianuarius primus menſiū a principe deo eſt appellatꝰ
a Numa q̄ primū anni eſſe voluit tanq̄ bicipitis dei
menſem reſpicientē ⁊ ꝓſpicientē tranſacti anni finem
futuriq̄ principia.

Ianiculū/oppidū non procul a roma dictū: q2 per eum
populus romanus trāſire ceperat in agrū hetruſcū:
ſeu ꝙ Ianus illud condiderit. Solinus: Quis dubi
tat Ianiculū a iano non fuiſſe conditū?

Ianthina pe. coꝝ. veſtis coloris purpurei ἴον eñ viola
καὶ το ανθος του ανθεος flos q2 violaceus flos.
Martia. Coccina formoſe donas ⁊ iāthina meche.
Pli. Ex his violis q̄ ſpōte in apricis ac macris locꝭ
ꝓueniūt purpuree latiore folio ſtatim ab radice car/
noſa exeunt/ſoleq̄ greco noie a ceteris diſcernuntur
appellate ita vt ab his Ianthina veſtis.

Iantha fuit nympha oceani ⁊ Tethios filia: vt auctor eſt Heſiodus.

Ianira pe.pro.fuit Oceani ⁊ Tethyos filia.

Iapis idis.nomē ꝓpriũ etholi q̃ cũ ad regionē Venetię veniſſet oppidũ de ſuo noīe cōdidit a q̃ ea pars vbi timauꝰ fluuiꝰ eſt iapidis nomē ſũpſit Virg. Caſtella in tumul' ⁊ iapidis arua timaui. Nã dicta eſt iapidia.

Iapetus pe.cor.cęli ⁊ terre filius: vt inquit Heſiodus. Hunc quidã promethei patrē fuiſſe aſſerũt. De quo Ouid. Siue recens tellus ſeductaq; nuper ab alto Aethere cognati retinebat ſemina cęli. Quã ſatꝰ Iapeto mixtã fluuialibus vndis. Finxit in effigiē moderãtũ cuncta deorum.

Iapix gis.pe.cor.ventus ex Apulia proficiſcens q̃ quaſi aduerſus Eurũ flare videt̃. De hoc Luc. libro.vj. Excipit aduerſus çephiros ⁊ Iapyga pindus. Eſt ⁊ Iapyx nomen Dedali filij.

Iapygia Apulia dicta ē ab iapyge Dedali filio vt Hiero. ⁊ Soli. ſcripſere. Iapygiũ ꝓo Salētinorũ ꝓmōtorium eſt. Virg.li.xj. Victor gargani condebat iapygis agris. Vnde Ser. Iapygiã partē eſſe apulię dixit in qua eſt mons garganꝰ qui vſq; in Adriaticũ pelagus tendit̃. Huius metropolis eſt Brunduſium ⁊ Tarentũ ciuitas. Hanc regionē Meſſapiam ⁊ Iapygiã ⁊ Calabriã ⁊ Salentinã multi nominant.

Iaſon nomē propriũ Aeſonis filij fratris Pelię Theſſalię regis: qui colchos profectus vellus aureũ abſtulit. De hoc Iuſtinus ⁊ Diodo.ſiculus latius ſcripſerunt. Huius nois prima vocalis eſt. Ouid. Quē niſi crudelē non tangit Iaſonis ętas.

Iaſius vnus fuit ex primis argiuorũ regibus a quo argiui Iaſide dicti ſunt.

Iapida nunc forũ iuliũ regio italię ab Iapide Aetholi filio qui ad eas oras veniens oppidũ de ſuo noie condidit. A quo ea pars vbi fluuius eſt Timauus iapida cognominata fuit. Virgil.lib.ij.geor. Caſtella in tumulis ⁊ iapidis arua timaui.

Iaſum inſula Carię quę continenti adiacet: cuius incolę magna ex parte victũ ex mari captabãt cum ſterilem regionē haberēt. A qua iaſius ſinus: cuiꝰ municeps Cerillus fuit. Ex iaſo fuit Diodorus dialecticus cognomento Chronus.

Iaſpis/lapis precioſus.qui a Pli.de gręco in latiuũ viridis gēma interpretat̃ ιασ quippe viride πιρασισ gēma. Eſt eñ viridis ſicut ſmaragdus/ſed craſſi coloris. Sunt qui cōponant ex ιον viola ⁊ πασ totus: quaſi totus ſit violaceus.

Iatralepte/latine reũctores medicorũ.

Iaciges methanaſte populi in Europa q̃ ſicut Pto.li.iij.ſcribit ab oriēte habēt Daciã: ab occaſu ⁊ hauſtro germanię partē a ſeptētrione Sarmathiã.

Iaxartes fluuius qui vt Marti.docet illã terrę partem ſecat qui Tanais putabat̃: quem Demodamas dux trãſcēdit ⁊ alium eſſe perdocuit.

## I ante B

Iberus pe.pro.fluuius hiſpanię: q̃ apud cãtabros oriens ꝑ quadraginta paſſuũ milia fluit/⁊ in mare baleaticũ exit. Euſtachiꝰ ιβηρ δε ο ποταμοσ κατα δε τιρασ απο βασιλεοσ ο μωρυμοσ απο την εγχατεν λοχημαο εστιγωριατου ευρο του αγχου τωρστηλωρ τωρ περι τα γαδειρα και αλλα πολλα λεγει ο αυτοσ ευσταθιοσ. Luc. lib.iiij. Qui pręſtat terris infert tibi nomen iberus. Qđ iberũ declinari pōt/ꝑſertim qñ ſequit̃ flumē. Et iber eri vl' eris pe.pro.vt Priſ.ait. Hora. Iberi rhodaniq; potor Luc. Occurrat iberibꝰ alter. Inde iberia dicta eſt pars hiſpanię q̃ intra iberũ ꝯtinet̃: q̃uis generali vocabulo ꝓ hiſpania capiat̃. Et iberiã q̃dã partē/vnã exteriorē/alterã interiorē dixerunt. Hanc regionē celte gallorũ populi relictis ſedibus ſuis habitauere. Vñ cōpoſito ex vtraq; gente noīe Celtiberi appellati ſunt: ⁊ regio eorum celtiberia. Ab iberia vero iberi ⁊ iberes vocati ſunt populi hiſpani. Eſt ⁊ alia regio hoc noīe iuxta pontũ intra colchida ⁊ armeniã venenoꝝ ferax/q̃ caucaſis montibus circũdatur: cuius ſimiliter populi iberi ⁊ iberes dicti ſunt: a quibus vt Varro ſcribit: venerunt q̃ in hiſpania habitauerunt: ⁊ a quibus hiſpania iberia/ ⁊ fluuius hiſpanię hiberus. Et iberus a.um. Virgi. lib.ix. Pictꝰ acu chlamydē ⁊ ferrugine clarꝰ ibera. Scribit Dionyſius: Iberes populos a pyreneis mōtibus profectos in aſiam ſedes poſuiſſe. Vñ ea pars Aſię iberia nũcupat̃. Iberiã regionē mulier captiua ſub Cōſtãtino Helenę filio ꝯuertit ad chriſtianã fidem ea pudicam traducēte vitã ⁊ in oratione iugiter ꝑſiſtēte.

Iberia regio. vide in dictiōe iberꝰ: de qua modo.

Ibex vel ibix cis.ſylueſtris caprę genus ꝑniciſſimũ: vt Pli.libro.viij.ſcribit. De quo et apud Hiero. Iob xxxviij.ſcribitur. Nũquid noſti tēpus ibicũ partus? Quidã tamen hoc nomē aſpirant.

Ibi aduerbiũ loci/ſignificat in hoc loco: ⁊ ꝓprie dr̃ cum ſemel locꝰ mōſtrat̃. Ibidē cũ ſępiꝰ Virgi. Ter fluctꝰ ibidē torq̃t agens. Ab ibi fiũt cōpoſita/inibi ⁊ alibi.

Ibis/auis ęgypti: quę ſicut Hero. ſcribit/duplex ē. Altera nigra tota eſt. Altera Ciconię non abſimilis diuerſa tñ a Ciconia. Hęc roſtri adũcitate per ſe partē perluit qua reddi ciborũ onera cōſueuerũt ⁊ ſerpētibus veſcit̃. De hac Cice.lib.ij. de natu. Velut ibes maximã vim ſerpentiũ cōficiũt cum ſint aues excelſę rigidis cruribus: corneo proceroq; roſtro: auertunt peſtē ab ęgypto cũ volucres angues ex vaſtitate Libię vento aphrico inuectas interficiũt atq; cōſumũt ex q̃ fit vt ille viuę nec morſu noceãt/nec odore mortuę. Ab huius auis ſimilitudine Ibis ꝓ inuido ponitur. Vnde Ouidius librũ in ibim ſcripſit.

Ibicus penul.cor.nomen poetę lyrici rhegini apud gręcos pręclari a quo genus metri dictũ eſt ibicũ: ſicut alterũ ab alceo alcaicum.

Ibernia/inſula in oceano ſeptētrionali verſus occaſum ꝓxima britãnię: ſed qua britãnia anguſtior ab aphrico in boreã porrigitur: cuius partes priores iberiam proſpectãt. vnde ⁊ ibernia dicta: in ea nullus anguis videtur/nulla apis.

## I Ante C

Icarus pe.cor. Oebali Laconũ regis filius fuit: pater Penelopes. Proper.lib.ij. Icare cecropijs merito iugulate colonis. Hic etiã icariotus dictus eſt. Vnde icariotis forma patronymica. Oui.lib.iij. de pō. Morte nihil opꝰ eſt nihil icariotide tela. Icarꝰ etiã dictus fuit Dedali filius q̃ vna cũ patre e creta fugiens fretus alarũ fiducia cum vltra patris iuſſa altius euolaſſet: ſoliſq; ardore cera qua pennę continebãtur liquefacta eſſet: ita vt ab alis deflueret/decidit in mare qđ eſt inter myconē ⁊ gyarũ a quo poſtea icareum mare dictũ fuit: dicēte Ouid.lib.ij.de triſ. Icarꝰ icarias nomini fecit aquas. Pręterea icarus: vt Pli.li.iiij.auctor eſt: mons eſt in attica regione.

Icaria/inſula in cario mari ab icaro Dedali filio dicta: quę trecētorũ ſtadioꝝ ambitũ habet. Et in ea Dianę tēplũ Tauropoliũ appellatũ. Hęc ⁊ icaros dicta eſt añ Doliche vocata. Eſt inter Sardũ ⁊ ſiculũ mare.

Icarion fuit nomen ſeuiſſimi pyrate.

Icos a Cice.in rhetoricis ponit̃ breuis cōplexio.

Iconiũ oppidum cappadocię/optime olim habitatũ: fortunatiorē habens regionē. Alterũ eſt in Aſia pōtica regione apud Trogetē lacũ: vt inquit Strabo.

Icon ſiue econ/latine effigies/ imago ⁊ ſtatua ex membris ipſis a pictoribus ſeu ſtatuarijs expreſſa. Pliniꝰ

lib.xxxiiij. Eoꝝ ꝟo qui ter ibi ſuperauiſſent imagines ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa: quas eco nas vocāt. Nōnulli etiam hec Icona ę. ꝛ hoc iconiſma atis. declinant. Cuius diminutiuū eſt Icuncula. Eſt ꝛ icon teſte Cicerone ad herē. figura cū .ſ. formę ad formā cū quadā ſilitudine ſit collatio/aut laudis/aut vituꝑationis cauſa: vt ſi diceret: Ibat in ꝓliū corpore tauri validiſſimi/impetu leonis accerrimi.

Iconicus a.um. ꝛ iconius a.um. qđ ita eſt pictū ſiue formatū/vt ex eius membris ſit expreſſa ſilitudo. Sue. in Cali. Simulacrū ſtabat in templo aureū iconium amiciebaturqꝫ quotidie veſte quali ipſe vteret. Pli. Adeo iam colorū vſus increbruerat/adeoqꝫ ars ꝑfecta erat: vt in eo ꝓlio iconeos duces pinxiſſe tradat atheniēſiū Melciadē/Callimachū/Cynegirū/ Barbarorum/Dariū/Tyſſaphernem.

Ico is. ici. ictum. ꝑcutio: ꝛ paſſiuū Icor. Pli. Arborum manu ſatorū receptarūqꝫ in domos fulmine laurus ſola non icit. Liui. lib. j. Ibi in turba ictus Rem⁹ cecidit. Hinc fit ictus us. pro percuſſione. Cice. lib. iij. offi. Ictu fulminis deflagrauit. Prima huius ꝟbi in pręſenti: vt inquit Priſ. corripit: ſed producitur in ꝓterito ꝛ mutato o finalē in i. Lucre. tū ꝓduxit in ꝓſenti. Exin corpus propellit ꝛ icit.

Iconiſmos. Sene. lib. xv. epiſto. appellat deſcriptiōes aitqꝫ id verbū eſſe publicanorū.

Icthis idis. inquit Ariſto. Syluęſtris muſtelę gen⁹ eſt magnitudine militenſis catelli: ſed pilo facie albedine partis inferioris ꝛ moꝝ aſtutia muſtellę ſimile eſt Manſueſcit maiorem immoduꝫ/ officit aluearibus Mellis enim auida eſt: aues etiā petit vt felis. Hāc martem ſpeciali vocabulo ꝛ marturelū/ſeu fouinuꝫ vocant. Genitale ei oſſeum eſt.

Ichthis cum ipſylo latine piſcis dicit: a quo fiunt

Ichthyobolis/piſcator.

Ichthyobolion/locus vbi piſces venduntur.

Ichthyophagi pe. cor. qui ex piſcibus viuunt: quo noīe dicti ſunt quidā populi. de quibus Hiero. cōtra Ioui. Porro ichtyophagi/gens errās in littore maris rubri ſuꝑ petras ſolis calore feruentes aſſant piſces ꝛ hoc ſolo alimento victitant.

Ichthyotrophia apud Col. loca in quib⁹ alunt piſces: quę et piſcinę ꝛ viuaria latine dicuntur. Nam lib. ix. ſic ait: ιχθυοτροφια ſedula cura exercent. Ea ſunt omnia vt latine potius loquamur ſicut auiū cohortaliū ſtabula: nec minus eaꝝ quę cōclauibus ſepte ſaginantur: vel aquatiliū animaliū receptacula.

Ichthyocolla gluthen ex piſcib⁹. Eſt etiā nomē piſcis. Celſus ꝟo quotiens vult glutinū intelligi nō piſcē: adijcere ſolet gluten.

Icteros pe. cor. morbus cum per totū corpus bilis ſuffunditur: q̄ interdū nigra/interdū flaua ē. Et icteric⁹ qui eo morbo laborat/ab ictero aue quā nos Galbulam vocamus auctore Pli. qui ait: Auis icterus vocatur a colore: q̄ ſi ſpectet ſanari id malū tradunt/ et auē mori: hanc puto latine vocari galbulam. De hac aue ſic legimus: Galbula decipitur calamis ꝛ retibus ales. Turget adhuc viridi cum rudis vua mero. Hęc etiā ficedula dicit/q̄ ē crocei coloris. Hūc morbum Pli. et Var. regiū appellāt/ꝙ mulſo pręcipue curaret. Cor. ꝛ Apu. Auruginē ꝛ auruginoſū hoieꝫ dicūt Marcel. Arquatū a colore cęleſtis arquus.

Ichnuſa pe. pro. inſula ſardinia dicta eſt: qm̄ ad ſilitudinem veſtigij facta ſit/qđ gręce ichnos đr. Syti. lib. xij. Inde ichnuſa pijs grauis memorata colonis.

Ichneumon/animal eſt magnitudine felis/ſpecie muris vulgo/nunc murēindicū vocāt. Naſcit in ęgypto et cū aſpide pugnat. Ichneumona ęgyptij adorāt/quoniam oua crocodillorū cōterat: ꝛ luto cōuolut⁹ cum os aperiūt ita vt vētres eorū inſilire ſoleat: vt exeſis inteſtinis eos interimat. Pli. etiā ſcribit Ichneumones eſſe veſpas minores qꝫ alię q̄ vnū gen⁹ perimūt ex araneis phalangiū appellatū.

Ichnugraphia eſt circini regulę modice cōtinens vſus ex qua capiuntur formarū in ſolis arearū deſcriptiones. Auctor Victru. libro. j.

## I ante D

Id varijs modis vſurpat ab auctoribus. Cum eñ dicitur id qđ res eſt: idem eſt ac ſi diceret/qđ verum eſt. Ter. in adel. Verum cogito id qđ res eſt. Id ętatis ſum. i. in ea ętate ſum. Aliqñ ornatus tm̄ cauſa đr: vt id qđ. i. qđ. Idipſum. i. hoc. Cice. Lentulo. Multi rogabant: atqꝫ idipſum conſulibus inuitis. Ab id fit idcirco coniunctio ꝛ ideo.

Ida idę/mons altiſſimus q̄ ad troadeꝫ ſpectat/habetqꝫ multos pedes. Latus ei⁹ ſeptētrionale ex anguſtijs abydi vſqꝫ ad Eſapū ꝛ Cyçicenū agrū ad ꝓpontidē pertinet: occidentale ad helleſpontū reſpicit: auſtrale ꝓmōtoriū facit: qđ lectū appellat oriētalia idę ad Myſos declināt: abūdatqꝫ mōs aq̄s ꝛ multa flumia ex eo deſcēdūt in cui⁹ ſūmitate loc⁹ fuit Gargar⁹ appellat⁹ a quo gargara eolica ciuitas dicta eſt. Ouiđ. li. iiij. faſ. Dindymon ꝛ Cybelen ꝛ amęnā fōtib⁹ idā. Ida etiā appellata fuit Dardani ſcytharū reg filia.

Ideus a. um. nomen ab ida deductum. Proper. Cedite iā diue quas paſtor viderat olim: Ideis tunicā ponere verticibus. Eſt ꝛ nomen propriū viri quem troianorum preconē dixit Homerus.

Idalus/mons eſt ꝛ nemus in Cypro quondā veneri ſacer vbi ꝛ breue oppidum fuiſſe traditur. Unde ꝛ venus idalia appellata.

Idaſpes/fluui⁹ inſignis magnitudine in quo aureę harenę ꝛ gēmę deꝓhendunt. Fluit per parthos ꝛ indiā ꝛ amplę ꝓfundoqꝫ aluo crebras fac inſulas. Poſtremo q̄ttuor ſuſceptis fluminib⁹ Indo flumini admiſcetur. Dict⁹ Idaſpes ab idaſpo medorū rege.

Ideo pe. pro. απο του ειδεοσ. Ideas inq̄t Aug. libro lxxx. q̄ſtionū latine poſſum⁹ vel formas vel ſpecies dicere: vt ꝟbū e ꝟbo trāſferre videamur. Ideas ꝓmus Plato appellaſſe perhibet. Sunt autē ideę exēplaria ęterna eoꝝ q̄ naturaliter fiunt imortales/imutabiles/inuiolabiles. Et vt res apertior fiat/ op⁹ eſt ꝓter oēs hoies intelligere quēdā hoiem. Et ꝓter oēs eq̄s equū. Et ꝓter animalia/animal ingenitū. Et quemadmodū ex vno ſigillo cōplures fiunt imꝓſſiōes: ſic ex vno homie ſexcenta milia hoim. Et hęc eſt Platonis Idea. A quo Ariſt. diſſentiēs nullas putat eſſe Ideas. Euſe. lib. pręparatiōis. Ideā ſic diffinit: Idea eſt ꝑpetua ſubſtantia cauſa ꝛ principium: vt ſingularia talia ſint/qualis eſt ipſa: ꝛ quēadmodū ſenſibiliū exēplaria ad hęc corpora ꝓcedunt: ſic q̄ oīa in ſeipſa ꝯtinet pulcherrima atqꝫ ꝑfectiſſima hui⁹ mundi exēplar eſt: ad quā a creatore deo ab vniuerſa ſubſtātia mundus ſimillime formatus eſt.

Ideo cōiunctio eſt: ꝛ ſignificat ob eā cauſam.

Idcirco/propter hoc: ſimiliter cōiunctio eſt.

Idē cōponit ex is ꝛ demū. i. iterum is. Et tam in genere maſ. qꝫ neu. noiatiu⁹ necnon actūs maſ. ꝛ fę. generis mutāt m in n añ d euphonię cauſa: vt eundē/eādem. Cęteri ꝟo caſus ex integro ꝛ corrupto cōpoſiti inueniūtur: vt eadē/eiuſdē/eidē/eodē. Idē eędē/eiſdē/ eoſdem. Itaqꝫ ꝑ duo ij/vel ꝑ e et i regula exigit ſcribi tm̄ noiatiuū pluralē maſculinū qꝫ dtm̄ et ablatiuū plurales. Solēt tñ auctores et ꝑ ſyneresim vnā ꝓ duabus ponere. Et in neutro q̄dē geminat cōpoſitio et dicimus idētidē. Sed cū idē eſt generis maſculini ꝓducitur i. In neutro ꝟo corripit. Virgi. lib. iiij. Idem ambas ferro dolor atqꝫ eadē hora tuliſſet. Iuue. Si feciſſet idē caderet ſub iudice moꝝ. Ponit interdū idē

pro etiā. Cice. Et huic cōiuncta beneficētia: quā candē vel benignitatē vel liberalitatē appellare licet.i. quā etiā Quinti. Si cām veneficij: dicat adultera nō M. Catonis dānata iudicio videt̄ q̄ nullā adulteraʒ nō eādē eē maleficā dixit: Ab idē fit itidē/ qđ eſt quaſi itē idē: qđ ſignificat ſil̄iter eodē modo.

Idētidē pe. cor/ cōponit̄ ex idē ⁊ idē: ſed m in n mutatur ⁊ t interponit̄ euphonię cauſa. Cui⁹ obliq̄ deficiūt: ſignificatq; frequēter ⁊ eodē mō ſiue illud idē ꝑ eundē modū. Liui. li. j. Vnū lōge añ alias inſignē ſpecie et pulchritudine a globo thalaſſi cuiuſdā r aptā ferunt: multiſq; ſciſcitātibus cuinam eā ferrēt: idētidē ne q̄s violaret thalaſſo ferri clamitatū. Pliñ. Centū milia nūmorū pro domo eius idētidē promittēs. Sue. in Cęſa. Cum. M. Cato identidē nec ſine iureiurando denunciaret delaturū ſe nomē eius ſimul ac primuʒ exercitū dimiſiſſet.i. frequēter.

Idios gręce/ proprius. Vnde Idiota. Idos ꝟo latine forma a quo idolum.

Idiographū pe. cor. latine priuata ſcriptura.

Idioma atis/ ꝓprietas ſermonis: vt ſunt q̇nq; idiomata.i. dialectici gręcorū.

Idiotes ſiue idiota/ indoct⁹ ſiue illitterat⁹: q̄ vocabulo Cice. in Piſonē ⁊ alij frequēter vtunt̄. Dicit̄ etiā inutilis: q̄ſi tm̄mō ⁊ nō plurib⁹ vtilis ꝓuatis: plebeius/ Luci. Quid ni tu idē ill̄ratū me atq; ideotā diceres?

Idolū pe. pro. dicit̄ ſimulacrū. Nam apud gręcos ſcribitur. ειΔωλορ. Nam ειΔοσ forma dicit̄.

Idolium diminutiuū eſt.

Idolatra vel idolatres ſeu idololatra vel idololatres idoloꝝ cultor. Idolatria ſeu idololatria/ ſimulachrorum cultura. Nam λαΤρευω a quo latria deducit̄ apud nos colo interp̄tat̄. Eſt enim cōpoſita dictio ex idolo ⁊ latria cultura. Hiero. cōtra Ioui. Nec mirum ſi omne qđ in macello vēdit̄ apl̄us emi iubeat ⁊ comedi cū idolatris: ⁊ adhuc in templis idolorū quaſi idolothyta veſcentibus pro ſūma abſtinētia fuerit cibis tantū abſtinere gantiliū.

Idolothytū pe. pro. dici pōt imolatū idolo: vt eſt apud apl̄m. Nōne cōſciētia eius cū ſit infirma/ ędificabitur ad comedendū idolothyta.

Idolothyſia cū accētu in pe. imolatio q̄ fit idolis.

Idothea/ nomē ꝓoriū filię Preti argiuorū regis.

Idomeneus/ Deucaliōis filius cretēſiū rex q̄ cōtra troianos ſtrenue dimicauit: ⁊ petiliā vrbē ſuper Salentinum montem calabrię condidit.

Idoneus a. um. quod eſt ad omnia aptū taʒ mala q̄ bona. Teren. in An. Adeon videmur vobis idonei/ in quibus illudatis.

Idas idę/ nomen propriū mariti Marpiſſę: qui omniū formoſiſſimus fuit.

Idumęa cū diph. regio ſirię: q̄ (teſte Pli. lib. v.) a meridie arabiā habet: a ſeptētrione pheniciā. In qua eſt vrbs Idume pe. pro. finitima phenicię palmis abūdans. Luca. lib. iij. Saçaq; ⁊ arbuſto palmaꝝ diues Idume. Inde fit idume⁹ a. um. Virgil̄. lib. iij. geor. Primus Idumeas referā tibi mātua palmas. Hiero. ad Darda. Idumeos q̄q; a meridiana plaga vix vigintiq̄nq; ab hieroſolyma millibus ſeparatos.

Idus fęminini generis ⁊ tm̄ pluraliter dici pōt diuiſio. Vñ ꝓprie exiſtimant̄ dies q̄ diuidunt menſem. Diuidunt em̄ menſes p̄cipue nonas a calēdis. Iduare ſiquidē ethruſca lingua diuidere eſt. Sunt etiā q̄ dicant Idus quaſi vidus: v littera detracta/ ꝙ tūc plena luna videat̄. Alij αποΤουειΔουσ. hoc eſt a ſpecie deducūt/ ꝙ ea die luna pleniſſimā ſpeciē oſtendat. Alij ab ioue quaſi iduli: qm̄ apud thuſcos omnibus idibus ioui imolabat̄ a flamine.

## I ante E

Iebus ciuitas metropol̄ q̄ poſtea ſalē: tertio hieroſolyma ⁊ nūc helia đr. A ieb⁹ dieti ſunt iebuſei: de q̄bus Hiero. ad Darda. ſcribit/ ꝙ a iudęis expelli nequerit ſʒ remāſerūt cū eis in ſcādalū exēplūq; vicinoꝝ: itātū: vt vbi tēplū ꝯditū eſt: arce orne fuerūt iebuſei.

Iecur oris: ⁊ iocinoris: q̄ gtūs vt inq̄t Priſ. videt̄ a nominatiuo iocin⁹: qđ nō eſt in vſu. Pli. Sex victimaꝝ iocinora replicata/ intrinſec⁹ repta ſunt. Dicit̄ ⁊ iecinus eris/ ſic mun⁹ eris. Et ſignificat hepar. Vñ et fibras iocinerū dicim⁹. In hoc irę ⁊ inſanię cauſam eē volunt/ ſicut pauoris in corde/ in ſplene letitię. Iecur cōnectit̄ cordi ꝑ venas/ q̄ ſanguinis alimēta iocinori p̄ſtant. Et hęc eadē ab ipſo iecore diſtribuunt̄ in venas/ vnde colorē accipit. Habet em̄ iecur ſanguinis cōcreti colorē: ⁊ in eo amoris eſt ſedes: vt tradunt ſapientes: diuidituręq; in quattuor fibras.

Iecuſculū dimi. paruū iecur. Pli. Muriū iecuſculis fibre ad numerū lunę dieꝝ in menſe cōgruere dicunt̄.

Ientaculū cibus q̄ añ prandiū ſumit̄: qui prandiolū ſeu prādiculū ⁊ vulgo collatio dicit̄. Sue. in vitel. Epulas trifariā ſemꝑ: interdū quadrifariā diſpertiebat in ientacula ⁊ prādia ⁊ cęnas comeſſationeſq;. Mart. Surgite iā vendit pueri ientacula piſtor. Criſtatęq; ſonāt vndiq; lucis aues.

Iento as. aliquid añ prandium guſto. Var. in mar. Vt eant ac rempu. adminiſtrent ꝙ populi iētent. Afra. Dū exeo domū ientare nulla inuitat.

Ieſſen/ oppidū Herorū vocant: quo Ioſeph in occurſū patris Iacob in ęgyptū proceſſit.

Ieiunium/ tempus quo a cibis abſtinemus.

Ieiuno/ a cibis abſtineo. Ieiun⁹: q̄ a cibis abſtinet.

Ieiunū penul. pro. Inteſtinū ſic dictū: q̄r nunq̄ qđ accipit/ ꝯtinet: ſed ꝓtinus ad inferiora trāſmittit. Hoc maiores noſtri hirā: ⁊ ꝑ diminutionē hillā dixerunt: vt inquit Feſtus ⁊ hillum neutro genere.

## I Ante G

Igitur collectiua vel rōnalis cōiunctio eſt. Colligit em̄ ſupradicta illatione: hoc eſt rōne confirmat. Cice. ꝓ Liga. Habes igit̄ tubero qđ accuſatori maxie optādū ʒ cōfitētis reū. Dicit̄ et illatiua/ ꝙ prępoſitis alijs informat̄. Ponit̄ interdū ꝓ deinde ſiue poſtea. Ter. in Eunu. Quid igit̄ faciā? Plau. in am. Si alit̄ erūt animati neq; dent q̄ petāt ſeſe igit̄ ſūma vi: armiſq; oppidum eorum oppugnaturos.

Ignis a gignēdo.i. naſcēdo đr/ ꝙ in eo nihil naſcatur: ⁊ oē qđ naſcit̄ eū amittit ⁊ frigeſcit: vel ꝙ ſeip̄m pariat ⁊ paruis ſcintillis creſcat in imēſum. Sumit̄ q̄nq; ꝓ meretrice: vl̄ q̄r amator vrit̄. Virg. At mihi ſeſe offert vltro me⁹ ignis amynthas. Vel q̄r meretrix auida eſt: vt ignis alimētorū. Hinc igne⁹ a. um. vt calor igneus.

Ignis ſacer/ morbus eſt a Pli. dict⁹ q̄ a Diaſcoride vocatur Eryſipelas. Sūt ⁊ morbi q̄dā Eriſipelatodes vocati q̄tiēs accēſio interna cū dolore vehemēti circū viſcera ꝑcipit̄. Sed cū in cerebrū ſubit id malū refrigerant̄ ⁊ impalleſcūt ora Eryſipelas et in vulneribus q̄ʒ đr/ cū ſuꝑ inflāmationē rubor vlc⁹ ambit: iſq; cū dolore ꝓcedit: vt ait Celſus. Idē auctor ignē ſacꝝ ab Eryſipelate diuerſum facit. li. v. Genera ignis ſacri duo reddēs. Alterū in altitudine puſtul̄ cōtinuis. Alteꝝ i ſūmę cutis exulceratōe latū inexeq̄bile Eryſipelas Galeno ꝓprie is tumor eſt q̄ ex tenui ſanguie interim ⁊ cū bilis parte incēſo ac feruēte ꝯſiſtit.

Ignio is. iui. itum. inflāmo. Hiero. Eloquiū dñi igniuit eum. Vnde ignitus pro candente. Idem: Vox hois mulieri ſagitta ignita diaboli. Et Apuleius ignitaʒ eſſe martis ſtellā dixit.

Igneo es. A quo igneſco is. Et eſt igneſcere/ ignem fieri: quo Plinius vtit̄/ non ignire.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ignifacio/ignem accendo ſiue ignitum reddo: a q̃ ignificus ſator diſcordie.

Ignipotens/dictus eſt Vulcanus/ꝙ ignis poteſtatem habeat: habetqꝫ accentum in antepen.

Igniuomus pe.cor. ignem vomens. Lactan. Alti⁹ igniuomũ ſolẽ celi orbita ducit.

Ignitabulũ/ignis receptaculũ.

Ignarius/lapis dicit̃: ex quo ignis excutitur.

Ignea q̃dã vaſoꝝ fictiliũ vitia q̃ coquẽdo ꝯtrahunt̃.

Ignauia ab ignau⁹ fit/⁊ eſt cõtraria fortitudini: cum qꝺ ratio aggredi fortiter ſuadet: id nos formido aggredi diſſuadet: ⁊ ab audẽdo retinet. Cic. in Lel. Vt bonitas maliciã/tẽperantia libidinẽ/ignauiã fortitudo. Idẽ: Ignauiã puſillũ ⁊ abiectũ animũ eſſe oſtẽdit ad Celiũ ſcribẽs. Etenĩ etiã hoc genere gloriari ſolitum eſſe familiarẽ noſtrum Hortenſiũ ꝙ nunqꝫ bello ciuili interfuiſſet hec noſtra laus erit illuſtrior: ꝙ illi tribuebatur ignauie ꝺ nobis id exiſtimari non poſſe arbitror. Nec me iſta terrerẽt que mihi a te ad timorẽ fidiſſime atqꝫ amãtiſſime ꝓponunt̃. Quid aũt ſit fortitudo idem lib. iiij. ad Heren. oſtendit. Iſta non eſt fortitudo inquit ſed temeritas: ꝓpterea ꝙ fortitudo contẽptio eſt laboris ⁊ periculi cũ ratiõe vtilitatis ⁊ cõpenſatione cõmodorũ. Temeritas eſt cũ incõſiderata dolorũ perpeſſiõe gladiatoria periculorũ ſuſceptio. Sal. de ignauo ⁊ ignauia ſic ſcribit. Cõptũ ego habeo milites ꝟba virtutẽ nõ reddere: neqꝫ ex ignauo ſtrenuũ/nec fortẽ ex timido exercitũ oratiõe imperatoris fieri. Et paulopoſt. Scitis equidẽ milites ſocordia atqꝫ ignauia lentuli qui tam ſibi nobiſqꝫ cladẽ attulerit. Ex his colligi põt/ꝙ gnauus ſit is qui induſtrius eſt ⁊ ſtrenuus ſiue fortis. Cuius contrariũ eſt ignauus: qui non eſt induſtrius. i. qui negligit aut formidat ſe exercere in aliqua arte ꝓpter laborẽ. Virg. Ignauũ fucos pecus a preſepibus arcent: aut q̃ formidat periculũ aggredi qꝺ fortis ⁊ ſapiens formidare non debet: vt Cice. Hortenſio dicit tributum eſſe ignauie ꝙ nunqꝫ bello ciuili interfuiſſet. Differt tamẽ qꝫtum intelligo inter gnauũ ⁊ induſtriũ/ꝙ gnau⁹ proprie is ſit qui ad ſubeũda pericula ac labores tolerãdos ſapiens ⁊ fortis eſt. Induſtrius qui ingenio cuꝫ multũ valeat: vt artifex bon⁹ aliquid ſtruere ⁊ negociari/non ociari ſtudet. Cice. ꝓ põpeio inter gnauos ⁊ induſtrios diſtare oſtẽdit/dicẽs: Ceteris ordinibus hoies gnaui ⁊ induſtrij partim in Aſia negociantur: quibus abſentibus vos cõſulere debetis: partim eorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. Cõponiturqꝫ ignau⁹ ex in ⁊ gnauus: ſiue ex in ⁊ nauis n. in g. mutata. A nauis eñ ⁊ gnauus dicit̃/ſed ꝓprie nauus: gnauus ꝟo per aſſumptionẽ g. dictus nauus celer ⁊ ſtreuuus a nauiũ celeritate.

Ignauit/ignarum fecit. Afra. In parte inferiori hic implicabitur caput fateor: ſed ſepe ignauit forteꝫ in ſpe expectatio.

Ignoro as. pe. pro. neſcio ⁊ ab ignar⁹ fit: qꝺ ab in ⁊ gnarus cõponit̃: hoc eſt neſci⁹. Gnarus ꝟo idẽ eſt qꝺ ſci⁹ ac peritus. Colu. in ꝑfa. Armorũ ac militie gnaros. De ignarus. Ter. in Eu. Imprudẽs harũ ignaruſqꝫ omniũ. Cice. Neqꝫ eñ tãte difficultat⁊ erã ignarus. Vir. ꝓ immemor poſuit. O ſocij neqꝫ eñ ignari ſum⁹ añ malorũ. Et alibi ꝓ eo qꝺ eſt aliter diſponẽs. Aut q̃ſnã ignarũ noſtris de⁹ appulit oris? Ab ignoro fit igonratio ⁊ ignorãtia. Sed ignoratio ad actũ ⁊ rem ꝑtinet q̃ penit⁹ neſcit̃: nec ſciri põt niſi ꝓdat̃: vt Cice. lib. iij. offi. Quot⁹ eñ q̃ſqꝫ repit̃ q̃ impunitate ⁊ ignoratiõe oĩm ꝓpoſita abſtinere poſſit iniuria? Ignorãtia ꝟo ad ingeniũ humani vitiũ ꝑtinere põt qñ q̃s per ignorãtiã nõ ſatis intelligit q̃d faciat vl̃ dicat. Aliqñ etiã ſine humani ingenij vitio eſſe põt ignorãtia: vt ſi q̃s neſciat ea q̃ ad ſe nõ attinẽt. Hic tum harũ rerum ignorãs erit: ⁊ ignorãtiã harũ rerũ habere dicet̃ ⁊ ꝑ ignorãtiã earũ dicet aut faciet interdum ea q̃ ſi ſciret non diceret neqꝫ faceret. Quo quidẽ modo accepiſſe puto Ciceronẽ in Lel. cum dixit. Vt in fabulis q̃ aliquãdiu per ignorãtiã ſtirpis generis in famulatu fuerunt. Ignorantiã non ignorationẽ dixiſſe reor magꝫ ꝓpter hoies q̃ ignorãtes erãt ſtirpis illorũ qꝫ propꝛ ipm genus ſtirpis qꝺ ignorabat̃: quaſi ſi hoies id reſciuiſſent nõ illos in famulatu eẽ permiſiſſent. Hec autem differentia ſit: quoniam ignoro varie ſumit̃: vt ſic dicã hoc ignoro: ⁊ cauſa ſit: q᷑ id non ꝓdit̃ mihi. Tunc q᷑ hmõi cauſa non ex me ꝓuenit/ſed ex re q̃ nõ ꝓdit̃ mihi: recte ignoratio dicit̃. Alio modo hoc ignoro ⁊ cauſa ſit: q᷑ nolo aut nequeo id apprehẽdere etiã ſi prodat̃ mihi. Aut ideo hoc ignoro ꝙ ad me id non attinet: ꝓpterea non id quero ſcire: tunc hec ignorãtia dicẽda eſt/nõ ignoratio qm̃ ad hois ꝑſonã q̃ id ignorauit hoc magis ꝑtinet qꝫ ad rẽ q̃ ſciri penitus nõ poſſet. Vñ Do. Imprudẽs per ſe: ignarus ꝑ alios. Ita ⁊ nos dicimus: Ignorãs per ſe. Ignarus ꝑ alios. Et ignorãtia per ſe: ignoratio per alios.

Ignorabilis/qui nõ cognoſcit̃. Plau. Quis hic eſt qui oculis obuiã ignorabilis obijcit̃?

Ignobilis dicit̃ gnotus. Virgi. lib. vij. Solus ibi ⁊ ſyluis italis ignobilis euũ Exiget. Aliquãdo dicit̃ ſtultus: vt ignobile vulgus.

Ignomines q̃ laude ⁊ gl̃ia carẽt/q̃ſi inglorij illaudati.

Ignominia nominis nota. Cice. lib. iiij. de repu. Itaqꝫ cum omnis ea iudicatio verſet̃ tantũmodo in nomine: animaduerſio illa ignominia dicta eſt. Cõponit̃ eñ ex in ⁊ nomẽ g interpoſita quaſi cõtra nomẽ. Nã nomen ⁊ ignominia contraria ſunt: qꝫuis ſit ⁊ bonũ nomen ⁊ malũ nomen: tamẽ nomen ſimpliciter ꝓ honore etiã ſumit̃: vt Cice. indicare videtur/ſic ſcribens Thermo. Oſtendit graues te ſuſceptuꝝ inimicitias ſi adoleſcẽs potẽs ⁊ nobilis ignominia affectus eẽt. Et hercle ſine dubio erit ignominia. Habes eñ neminem gradu ſuperiorem.

Ignoſco is. ignoui tum. valde noſco ⁊ diſco. Auget eñ hic in Var. Vos qui in theatrũ voluptatẽ aurib⁹ aucupatum ꝯcurriſtis/domo adeſte: ⁊ a me q̃ ferã ignoſcite domũ vt feratis a theatro litteras. Aliqñ ignoſcere eſt veniã dare ⁊ excuſatũ habere. Unde in priuatiua eſt quaſi nõ agnoſco errorẽ. Cice. ad Ceſa. Iuni. Nam ⁊ ꝑteritis ignoſcis ⁊ ꝯcedis futura. Lactã. lib. v. poſuit ꝓ nõ cognoſco ⁊ nõ intelligo. Tum q̃d legerint/ignouerunt. Gel. lib. j. Cõtra patriã inquit Cicero arma ꝓ amico ſumẽda non ſunt: hoc profecto nemo ignouit. i. neſciuit. Habet hoc verbũ participia ignotus ⁊ ignoturus. Cice. in Cato. Ignotum alteri ꝙ patrem: alteri ꝙ tutoreꝫ ſecutus eſſet Cato libro quinto ori. Quod eorũ nemo mihi ignoturus eſt. Quidam tñ contra regulam a preſenti tempore hoc deriuatiuum protulerũt ignoſciturum. Piſo fru. libro. ij. annal. Quocunqꝫ deliquiſſet ignoſciturum affirmabat.

Ignotus incognitus. i. qui ignoratur. Interdum ponit̃ pro inſcio: hoc eſt pro eo qui ignorat. Quinti. Neq̃s tamẽ erret ignot⁹ nõ eſt filij mei nouerca ſed mater. i. ignorans.

## J Ante H

Ihesus. pe. pro. Sũt aũt tres ſyllabe grece ιησους Hebreũ nomen eſt qꝺ apud nos ſaluator noſter dicitur: qꝺ cõuenit regib⁹ ⁊ ducibus q̃ ſalutẽ ſequẽtib⁹ ſe populis darẽt. Unde legim⁹ in libris moyſi ꝙ Auſes Naue filius cũ elect⁹ eſſet dux populi cõmutato noie de Auſe Ihesus cognominat⁹ eſt: qui adductũ de terra egypti populũ: ⁊ de erroribus eremi liberatũ in terrã repromiſſionis induxit.

# I Ante L

Iba vł ilua inſula in mari thuſco diſtãs a cõtinẽti decẽ milib⁹ paſſuũ. De qua Pli. refert hoc eſſe verũ/ ꝙ in alijs regiõib⁹ effoſſis metallis terrȩ ſunt vacuȩ: apud Ilbã ſublata renaſcunť: ⁊ rurſum de eiſdẽ locis effodiuntur. De qua Virgi. lib. x. Inſula inexhauſtis calybum generoſa metallis.

Ille cũ emphaſi dr̄ ꝑ eminẽtiã. Terẽ. iu an. Hic ille eſt. Sic dicim⁹: Archytas ille tarẽtinus. Aliqñ ponitur ad maiorẽ expreſſionẽ. Virgi. Ille ego q̇ quõdã gracili modulat⁹ auena carmẽ. Aliqñ poniť ꝓ is: vt apd̄ aplm̄. Nõ q̇ ſeipm̄ cõmendat/ille ꝓbatus eſt. Aliqñ ꝓ aduerbio loci. Virg. Illi mea triſticia fata. Degeneremq̧ neoptolemũ narrare memẽto. i. illic. Aliqñ pro ibi. Teren. in Phormio. Dum ſedemus ille interuenit. Vide etiã in dictione is.

Ile ꝑ ſimplex l/ſignificat id qđ in ſũma parte collocatũ eſt in homine: ⁊ colon grȩce diciť. Unde colici dolores in craſſioribus inteſtinis.

Ilia orũ ſumũť ꝓ ea parte quã grȩci ab inanitate κενεῶνα: ⁊ ꝙ flacida ſit: etiã λαγωνα vocant. Cel. li. iiij. Ipſa ilia inter coxas ⁊ pubẽ in imo vẽtre poſita ſũt. Lactes ſunt graciliora inteſtina q̄ tria ſunt: Tenue: Ieiunũ: Piluros. Id qđ ieiunũ dr̄ Varro ilã ſiue hiram vocauit. Sed hoc de ilib⁹ interiorib⁹ intelligiť q̄ ſunt arterię q̄dã. Pli. lib. xj. Inter eas ⁊ aluũ arterię ad pubẽ tẽdẽtes ſũt q̄ ilia appellanť. Sed exteriora ilia lati⁹ patẽt. Nam ea pars q̄ maxime reſpiratione in lateribus cõcutiť: hoc noie cõprendiť. Perſi. Ilia ſubter cecũ vuln⁹ habes: ſed lato balthe⁹ auro ꝓtegit. Et eſt hoc nomẽ tã ſecũdȩ q̄ tertię declinationis: Cel. lib. iiij. Deinde ſuꝑ rectũ inteſtinuz ꝓgreſſa ilijs fęminę latera ſua conuertit. Iuue. Vis frater ab ipſis ilib⁹. Ad ilijs ilioſus dr̄ q̇ iliorũ dolore laborat qui a grȩcis lagononponon qui eſt alius q̄ laterum: hoc eſt pleuritus.

Ilia ę. dicta eſt Romuli ⁊ Remi mater.

Ila ab ina fit quo noie (vt ẽ apud feſtũ) tenuiſſima pars rei ſiue pellicula ſignificať. Var. ſcribit hilã eſſe farciminis genus ab hilo dicta. i. re minima.

Ileos grȩce εἴλεοσ morbus gracilioris inteſtini. Vñ ileo ſi/qui laborãt eo morbo.

Iliũ/regia Priami fuit q̄ ⁊ troia a nomie regiõis minoris aſię cognoiata ab ilo trois reg̃ filio: dicta eſt etiã ilios. Ouid. li. iiij. meta. Poſtq̧ alta cremata eſt ilios: ⁊ danaas pauerũt pergama flãmas.

Ilias adis. Homeri op⁹ clariſſimũ. Iliade troiãi dicũť

Iliacus a. um. pe. cor. qđ eſt ex ilio: ⁊ ꝓprie iliac⁹ q̇ in ilio nat⁹ eſt. Ilicẽſis q̇ alibi ortus in ilio negociať. Et iliacus/qui ex ilijs laborat q̇ ⁊ ilioſus vocať.

Ilione/nomen propriũ filię Priami.

Ilioneus/nomẽ ꝓpriũ viri troiani apud Virgi.

Illex generis cõis/q̇ ſine lege vel extra legẽ viuit. Plau. in Perſa. Impure inhoneſte viuit illex.

Ilex ilicis per ſimplex l/⁊ generis fę. arboris gen⁹. Virgi. Talis erat ſpecies auri frondẽtis opaca Ilice ſic leui crepitabat bractea vento.

Iliceus a. um. qđ eſt materiatũ ex ilice. Sta. lib. vj. the. Orniq̧ iliceęq̧ trabes metuẽdaq̧ ſucco.

Iligneus ſiue iligñ⁹ a. um. idẽ qđ iliceus. Terẽ. in adel. Lectulos ilignis pedibus faciẽdos.

Iliberis/ciuitas ꝓuincię narbonẽſis: vt Pli. ⁊ Põpo. ſcribũt. Hãc q̄dã eſſe aiũt q̄ nũc Granata dr̄ lõge clariſſima vrbiũ occidentis erepta nouiter mauritanis regibus auſpicijs regũ hiſpanię.

Illatebro as. pe. cor. qua ſi intus abſcõdo. Cecil. Arma plęriq̧ abijciũt atq̧ inermes illatebrãt ſeſe.

Illętabile/qđ nõ eſt lętũ. Vir. lib. iij. Hinc drepani me portus ⁊ illetabilis ora Accipit.

Illaudatus/dr̄ q̇ ne noiari q̇dẽ dign⁹ eſt: hoc eſt illaudabilis/nec vnq̧ noiand⁹ cũ ſit omniũ peſſimus. Sicut quondã a cõi cõſilio aſię decretũ fuit vti nomen eius q̇ templũ Diane Epheſi incẽderat ne q̇s vllo tp̄e nominaret: ita hoc verbũ illaudati idoneũ eſt ad exp̄mẽdam ſceleratiſſimi hois deteſtationẽ. Vir. Quis aut euriſtea durũ Aut illaudati neſcit buſiridis aras? Et eſt participiũ ꝓ noie vt ſit illaudabilis: nõ q̇ laudat⁹ non ſit: ſed quaſi laudari non meruit: vt eſt libro. vij. aen. Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos ꝓ inacceſſibiles: non ad quos nullus acceſſit: ſed ad quos nullus accedere debeat.

Illicio is. pe. cor. attraho ⁊ q̄ſi ineſco: ex in ⁊ iacio. Teren. in An. Tũc hic hoies adoleſcẽtulos impitos rerũ educatos libere in fraudẽ illicis. Vñ illect⁹/attractus/inuitatus. Cice. li. iiij. tuſ. Libido ad id qđ videtur bonũ illecta ⁊ inflãmata rapiať. Alˢ illectũ diciť non lectũ. Ouid. Illectũq̧ remittat.

Illecto as/freq̄nť illicio. Aug. Quos ad pctã illectant.

Illiciũ ab illiciẽdo dictũ ꝓ incitamẽto. Var. li. iij. Sz ſi trãſiturę ſũt apes apiaſtro ꝑfricãdũ ꝙ illiciũ hoc illˀ.

Illix icis generis omnis ab illico/idẽ qđ illectiuũ: vt illix animi venus et illices oculi apud Apuleiũ ꝙ incitent ⁊ attrahant.

Illecebrȩ pe. cor. dictȩ ſunt blãdicię ab illiciẽdo: vt ſunt diuitię voluptates q̄ animũ attrahũt ad ea cõplectẽda. Am. Vitę dulcis illecebra ꝯſtantẽ quoq̧ mulcet animũ. Aug. li. ij. con. Vita hęc qua viuimus habet illecebrã ꝓpter quẽdã modũ decoris ſui ⁊ cõuenientiã cũ his hoib⁹ infimis pulchris. Hinc illecebroſus a. um. qđ blandimentis hoiem allicit. Idem ibi: Arbor erat pyrus in vicinia vineę noſtrę pomis onuſta: nec forma/nec ſapore illecebroſis.

Illicet pe. cor. per ſincopã dictũ eſt/quaſi ire licet veluti iam finis rei ſit/ſicut actũ eſt. Plau. Illicet hoc curato ſamio. Qñq̧ etiã poniť pro ſtatim. Virgi. Illicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti Voluiť.

Ilico. pe. cor. aduerbiũ eſt/⁊ ꝓprie ſignificat in eo loco. Aenn. Et qr̄ quo iret neſciebãt illico manſerunt. Teren. in adel. Ocioſe nunc iam ilico cõſiſte. Do. Ilico modo locũ non tẽpus ſignificat. Plerũq̧ poniť pro ſtatim. Plau. Ilico hic ante oſtiũ eramus.

Illiberaliter apud veteres dicebať factũ ſi q̇s exceſſiſſet omne genus maleficij. Terẽ. in adel. Factũ a vobis duriter ⁊ imiſericorditer: ac etiã (ſi dicendum eſt eſt magis aperte) illiberaliter.

Illibat⁹ ꝑticipiũ/ſignificat nõ tact⁹ q̄uis illibo nõ legať

Illido is. ſi. ſum. pe. produ. impello. Vale. maxi. lib. j. Coactis locrenſibus ex theſauro ei⁹ magnã illi pecuniã dare cũ onuſtus nefaria preda nauigaret vi ſubitę tẽpeſtatis tota cum claſſe vicinus Idę littoribus illiſus eſt. i. intus vel valde fractus.

Illudo. is. pe. pro. derideo. Et dicimus: illudo tibi/illudo te: ⁊ illudo in te. i. inſulto. Virg. Aut q̄ ſopitos ludunt inſomnia ſenſus. Idẽ: Certãtq̧ illudere capto. Teren. in An. Adeo videmur vobis eſſe idonei: in q̇bus ſic illudatis. Significat interdũ per ludũ noceo. Virgi. Neu varie illudant peſtes. Interdũ vituꝑo ⁊ grauẽ contumeliã infero. Lactã. lib. vj. Quib⁹ nõ ſufficit ſexus a deo datus niſi etiã ſuuz ſexũ profane ac petulanter illudant.

Illuuies. vide in dictione alluo.

Illinio is. valde ſeu ſuꝑlinio/inungo. Col. lib. vij. Prędictoq̧ medicamento defricať ⁊ illiniť: ſed ſi ex toto ꝓpter ceruicis tumorẽ iugũ recuſet paucis dieb⁹ req̇es ab opꝫe dãda eſt: tũ ceruix aq̄ frigida defricanda ⁊ ſpuma argẽtea illiniẽda eſt. i. inungẽda.

Illinio is. pe. cor. illeui illitũ tertię cõiugatiõis/ſignificat int⁹ ſiue vehemẽter/vngo/inſpergo/maculo. Vñ fit illit⁹ a. um. pe. cor. Vir. Illita tela dol/nec martẽ

comin⁹ vſq₃ Auſa pati virt⁹. Liui.li.ij. Ita in vadis beſtãtes frumẽti aceruos ſediſſe illitos limo ferũt.

Illũceo es.penul.pro.⁊ illuceſco. Uide infra in dictione Luceo es.

Illuſtris/ clarus/nobilis/noticię eiꝰ nõ meriti nomẽ eſt. Unde illuſtres viri ⁊ illuſtres meretrices. Col. li.j. Balnearia occidenti ęſtiuo aduertant̃ vt ſint poſt ea ⁊ vſq₃ in veſperũ illuſtria.i.clara.

Illuſtro as .illumino/ cognitũ reddo/ſeu famatum reddo. Cice.in ꝓlogo libri Tuſculanarũ. Hoc mihi latinis litteris illuſtrãdũ putaui. Idẽ Lentulo. Illuſtrabit mihi crede tuã amplitudinẽ hoim iniuria. Col.li. j. Uinctis ꝗ ſaluberrimũ ſubterraneũ ergaſtulũ plurimis ⁊ his anguſtis illuſtratũ feneſtris.

Illiſus/nomẽ amnis i attica regiõe muſis dicati q̃s iliſſidas vocãt. Papi. Diris ⁊ furijs cõſecrauit anfractu riparũ incuruus iliſſos ſeu⁹ bonos fluuio ſtygias luſtrare ſeueris Eumenides perhibet̃ aquis.

Illiriũ ſiue illiris illiria ve regio Epiri cõtermina propinqua Italię ab Illyrio: vt Appianus inquit Poliphemi filio: ſiue vt Euſtathio placet Cadmi filio denoiata. Huiꝰ fines ſũt latiſſimi. Hinc italiã: illic Germaniã: inde Macedoniã/thraciã ⁊ epirũ hñs. Hinc Hadriaticũ ſinũ q̃ colphꝰ ſinꝰ Uenetię appellat̃. Inde Danubiũ flumen. Proper. An tibi ſum gelida vilior illyria. In ea ſunt ciuitates Iadea /Epidaurus/ nũc Raguſiũ/ Salonia ⁊ alię multę. Hinc illyricꝰ a. um. Hora.li.car. Illiricis comes obruit vndis.

## I Ante M

Imago ꝓprie dr cuiꝰ generatio ẽ ꝑ imitationẽ. Uñ filiꝰ dr imago patris: q2 eſt illi ꝑ oĩa ęqual' ſilis ⁊ ab illo: q̃ tria requirunt̃ ad ꝑfectã imaginis rationẽ. Ponit̃ tñ qñq₃ pro quacũq₃ ſilitudine. Uirgil. O mihi ſola mei ſup aſtyanactis imago. Etẽ ſilitudo dr q̃ſi imitatio. Nam vt inq̃t Uarro ab imitatione deducit̃ et ꝑ alluſionẽ ad aliud dr Echo imago vocis. Hora.li. j.car. Iocoſa nomen imago. Aliqñ ponit̃ ꝓ vagina/ ꝙ veluti imago ſit eiꝰ rei quã claudit. Uir.li.vij. Curuã ſeruãs ſub imagine falcẽ. Rhetores imaginẽ vocant quandã orationis figurã cum res nõ geſta indicatur: ſed vt geſta ſit oſtẽditur: vt eſt illud: Ipſe inflãmatus ſcelere ac furore in forũ venit. Ardebãt oculi: toto ex ore crudelitas emicabat.

Imaguncula dimi.parua imago.

Imaginoſus a.um.in quo ſunt plures imagines. Unde ſpeculũ imaginoſum a Catullo dr ab imaginibꝰ quę in ſpeculo numeroſę viſuntur.

Imaginarius a.um.qd diſtinguit̃ a vero: ⁊ ſolũ in imaginatione fit/non re. Hiero.de diuerſis leprarũ generibus. Alius imaginariu₃ legis opus quaſi ſub veritatis colore depinxit. Alius corpus ipſius veritatis declarauit.

Imaginarij dicti ſunt qui ferebant ſigna militaria: in q̃bus imperatorum imagines erant.

Imagino as/imagines facio ſeu repſento. Gel. lib.xv. Ut ſpeculũ in loco certo poſitũ nihil imaginat: alioꝛſum tranſlatũ facit imagines.

Imaginor ſignificat rei alicuius q̃ facta eſt vel fieri poſſit: etiã q̃ fieri non poſſit ſilitudinẽ mẽte cõcipio. Augu.lib.iiij.confe. Et imaginabar formas corporeas. Hinc imaginatio ꝓ hmõi cõceptu. Imaginabile/qd mente concipi poteſt.

Imbellis ⁊ hoc imbelle/qd nihil bellicũ ſonat. Hora.li. car. Imbelli carmie diuides. Proprie tñ imbelle capit̃ ꝓ timido ignauo/ infirmo q̃ſi bello minime apto. Ouid:li.heroidũ. Tres ſumꝰ imbelles numero ſine viribꝰ: Uxor/laerteſq₃/ſenex thelemacuſq₃ puer.

Imbellia imbellię/quaſi inertia non habens belli ſcientiã. Macrobius lib.iij.ſaturnaliu₃. Tũc penꝰ eludẽs ignauiã/imbelliamq₃ militũ eius pretioſe armatorũ Plane inquit ſatis eẽ credo romanis hęc: ⁊ ſi auariſſimi ſint.

Imbecillis ⁊ hoc imbecille ⁊ imbecillus imbecilla imbecillũ: ex in ⁊ bacillũ/q̃ſi baculo indigens/ponit̃ ꝓ debili: vnde imbecillitas.

Imber generis maſculini in ablatiuo imbre vel imbri. Uirgi. Et vẽtis pulſatus ⁊ imbri. Eſt autẽ imber vt Apul.lib.de mundo inquit agmẽ aquarũ largius ex concretis effuſum nubibus. Nimbus vero repentinior ⁊ vehemẽtior pluuia. Et quãto eſt improuiſior tanto eſt ꝑcipitatior ⁊ breuiore aſtringit̃ caſu. Et nõ ſolũ cęleſtiũ agmen aquarũ: ſed etiã omnẽ humorem aqueũ ſignificat. Uirgil'. Accipiũt inimicum imbrẽ. Lucre. Ex igni terraq₃ animę naſcũtur ⁊ imbri. Sũt tñ q̃ hoc nomẽ cũ h ⁊ ypſilo ſcribãt. Alij cũ h ⁊ i latino: vt ſupra in dictiõe hyems. Sed eius cõpoſita ꝑ i ſcribi debere facile demõſtrãt: vt ſeptẽber/ october ⁊ cętera. Sed vt puto grece neſciũt ομβρος eñ ab illis dr: noĩa ꝟo grece in ρος: latine in rus vl' in er cõuertuntur vt Alexãder ⁊ alexãdrꝰ. Leãder ⁊ leandrꝰ Nõ ergo eſt metatheſis cũ vmbria dicit̃.

Imbrifer penul.cor.qui imbres.i. aquas fert. Uñ Nylus a poetis imbrifer dicitur.

Imbrex imbricis penul.corre.canale curuũ atq₃ obtortum quod in tecto ponit̃: vt per id defluat aqua. Dictus ꝙ imbrẽ rceipiat: Ponitur tamen quãdoq₃ ꝓ toto tecto. Plau. Fregiſti imbrices meas dũ te dignã ſectaris ſimiã. Quidã dicunt imbrices eſſe quadras fornaces coctiles ex acerate cretaceoq₃ cõfectas: ad tectũ ſcandulare ſeriatim tegendũ munimentoq₃ ac cõmodo imbribus arcendis: a quibus amoliẽdis imbrices dici videntur.

Imbricium/idem quod imbrex. Martialis. Cum ſint crura tibi ſimilẽt quę cornua lunę: Imbricio poteras ſextelauare pedes

Imbricoſus a.um .ſcaber ad modũ imbricis.

Imbrico pe.cor.in modũ imbricis facio ⁊ quaſi imbricibus tego Pli. Superne tñ imbricatis flexibiliũ vertebris. Sidonius. Tegulis imbricarẽt. Imbricatũ. Uictr.lib.ij. Uident̃ intelligere morẽ vinculis denticulatis pectinatim deuinctũ. Incerta ꝟo cementa alia ſup alia ſedentia inter ſe imbricata/nõ ſpecioſa₃ ſed firmiorẽ ꝗ reticulata ꝑſtant ſtructurã.

Imberbis ⁊ hoc imberbe ⁊ imberbus a.um.qd non eſt barbatũ. Unde imberbes iuuenes dixit Ci. pro domo ſua: Quę maior calumnia eſt/ ꝗ inuenire imberbem iuuenem?

Imbibo is.peñ.cor.inſumo/intus cõcipio. Cice.in ver. Niſi de vobis malã opinionẽ imbibiſſet.

Imbuo is.bui.butũ.inficio ſeu ĩmergo. Col.lib.x. Quibus liquoribus mũdã lanã imbuere oportebit vt inſiſtentes apes quaſi per ſyphonẽ ſuccũ euocẽt. Per trãſlationẽ imbuere ſumit̃ pro initiare/inſtituere/erudire. Et plęrũq₃ ablatino poſt accuſatiuũ conſtruitur ſiue quid intingat̃ aut inficiat̃: ſiue quoquo mõ inſꝑgatur. Unde imbutũ litteris/imbutũ bonis moribꝰ dicimus preditũ ⁊ ornatũ ac perfuſum. Imbutũ vitijs: hoc eſt inquinatũ. Sal. Auaricia pecunię ſtudiũ habet quã nemo ſapiens cõcupiuit ea quaſi malis venenis imbuta corpꝰ/animũq₃ virilẽ effeminat. Cice. lib.j.offi. Plęrũq₃ autẽ parentu₃ ꝑceptis imbuti ad corũ cõſuetudinẽ moreſq₃ deducimur. Augu.li.j.cõ. Quid aũt erat cauſę/cur grecas litteras oderã: quibus puerulus imbuebar/ne nunc quidẽ mihi ſatis exploratum eſt. Gel. Farinã fermento imbutã.i.conditam. Aliquãdo ſine ablatiuo. Cato de re ruſtica. Dolia olearia noua ſic imbuito: amurca impleto.i.inficito vel illinito. Uirgi. Sępe tener noſtris ab ouilibꝰ imbuet agnus.i. inſperget.

Immanis ⁊ hoc īmane pe.pro. ſignificat crudele ac mi
nime bonū. Et īmania ſaxa aſpa ſiue horrēda dicūt.
A q̄ imanitas ſeuitia. Cice.li.j.offi. Quo deteſtabi/
lior illorū imanitas q̄ lacerauerunt oī ſcelere patriā.
Aliqñ imanis ponit̄ ꝑ ingenti. Virgi.lib.vj. Poſuit
ꝗ immania tēpla. Ambro.lib.j.offi. Aduerſus Go
liam immanē mole corporis virū ſingulari certami/
ne dimicaturus arma q̄bus oneraret̄ reſpuit.

Immineo es.pe.cor.ſignificat inſto. Oui. Imminet exi
tio vir cōiugis: illa mariti.

Imitor pe.cor.per ſimplex m ſignificat aliorū exempla
ſequor: ſed ad mores tm̄ dicta factaꝗ ptinet. Seq̄r
⁊ ad corpus ⁊ ad mores ſpectat. Neꝗ em̄ recte dixe
ris. Tu p̄cedis: ego te imitor. Dicimus tn̄ tu nō ſeq̄/
ris precepta patris.

Immitto is.intromitto: vt Immiſit in os meū canticū
nouū. Aliqñ imittere eſt ad ꝓlixitatē dimittere. Vir.
Reſpicio: dira illuuies imiſſaꝗ barba. Aliqñ cōtra
mittere. Lac. li.iiij. Hoc futurū eē dixerūt: vt pꝰ bre
ue tp̄s imitteret deꝰ regē q̄ expugnaret iudeos. Sa/
lu. Alij Tarq̄niū a Cicerone imiſſum aiebāt ne Craſ
ſus ſuſcepto malorū patrocinio rempu. turbaret.

Immolo as.pe.cor.ſacrifico: ⁊ q̄ſi molā ſpargo: ex in ⁊
mola. Feſtꝰ: Immolare eſt mola.i.farre molito ⁊ ſa/
le hoſtiā fuſam ſacrificare. Vir.li.xij. Pallas te hoc
vulnere Pallas Immolat. Et pœnā ſcelerato ex ſan
guine ſumit.

Immola penul.cor. vrbs in Emilia: que olim forū cor/
nelium dicebatur.

Imus a. um. per ſimplex m / ſignificat infimū. Sed qm̄
in multis: vt in pectore q̄ infima ſunt / etiā intima di/
cuntur. Imū plerūꝗ ꝓ intimo poni cōſueuit.

Immo per duplex mm. apud veteres ſignificabat quaſi
ex intimo: nūc ꝟo ſignificat quin potius. Var. Non
humanitas / imo ſeuitia eſt ledere innocentē. Iungi/
tur interdū quin cū imo: vt eſt apud euange. Quini/
mo beati qui audiūt verbū dei ⁊ cuſtodiūt illud.

Immunis pe.prod. q̄ eſt liber ab onere publico: q̄ nullo
fungit̄ officio q̄ vel etate vel alio ꝑuilegio p̄ſtare mu
nia nō tenet̄. Vñ imunitas exēptio ⁊ vacatio mune/
rum ⁊ onerū. Virg.lib.iiij.geor. Immuniſꝗ ſedens
aliena ad pabula fucꝰ.i.piger / vitioſus ⁊ ſine officio.

Immunitus / nō munitꝰ: ꝗuis imunio nō legat̄. Hiero.
in Gen. Immunita terre huiꝰ ꝯſiderare veniſtis.

Impago impagis ⁊ impaginis / ſignificat id genꝰ mar/
ginis ac regule quo tympanū .i. quadratū vel alteriꝰ
figure ſpatiū in valuis: alioue ope inteſtino ꝑ ambitū
includit̄ vt fere ſint q̄ vulgo quoꝗ ſuppages appel/
lantur. Sunt etiā q̄ dicāt impages vocari q̄ a fabris
in tabul' figunt̄ q̄ firmiꝰ cohereāt a pagēdo .i. figēdo.
Vñ agricole pagere plantas dicunt̄.

Impācro as. inuado a greco quaſi παγκρέάσ: hoc eſt
omnē carnē conſumo.

Impeccabilis / q̄ non peccat. Gellius: Is erit plerumꝗ
impeccabilis / vitāꝗ viuet tranquilliſſimā.

Impeditus pe.pro. ꝓprie d̄r q̄ ita pedes ligatos habet
vt ꝓgredi nequeat. Impedire em̄ implicare eſt ⁊ in/
uoluere. Virgi.lib. v. Haud aliter teucrū nati veſti/
gia curſu Impediūt: transfert̄ tn̄ ad negocia. Terē.
Viden me tuis ꝯſilijs impeditū eē. Qñꝗ impedire
eſt pedamētis firmare. Col.li.v. Poſita vinea cū mē
ſem trigeſimū exceſſit / vehemētioribꝰ ſtatuminibus
ſtatim impediēda eſt. Eſt ⁊ impedire ſordidare ⁊ ad
ꝓbrū ducere. Plau. in amph. Immo age hūc theba
ni ciues q̄ domi vxorē meā ipudicitia impediūt.

Impedimētū / d̄r quo q̄s impedit̄ vt nō ꝑficiat quod cu
pit. Cice. Cum primū impedimēta nature diligētia
induſtriaꝗ ſuperarit. Et in exercitu impedimēta di/
cuntur res que ꝯducuntur in expeditione neceſſarie.
Et nō ſolū ſarcine ſed etiā iumēta impedimēta dicun
tur. Frontinus in libro ſtratagematon ſcribens fuiſ/
ſe interfecta a Petreio impedimēta in magna aqua/
rū ⁊ pabuli inopia. Curtiꝰ: Magno conſilio iacturā
ſarcinarū impedimētorūꝗ cōtēpſit.

Impedo as.peñ.cor. intꝰ ſeu prope pede aliquo firmo.
Colu.lib.vij. Poſtea vinea.i.tertio autūno vehemē
tioribus ſtatuminibus ſtatim impedēda eſt.

Impendo impendis.di.ſum.actiuū / ſignificat in rē ali/
quā expēdo. Vñ impēſa ⁊ impēdiū. Et ꝑ trāſlationē
impendere operā: impēdere laborē dicimuꝰ quaſi ex
ponere ⁊ in totū expēdere. Dicimuſꝗ impēdo hui
rei ⁊ in hanc rē. Itē impendere eſt cōmittere / impo
nere ad aliq̄d faciendū. Salu. Poſt vbi eorū famā
atꝗ pudorē attriuerat: maiora alia impēdebat. Lac.
lib. vi. Dedignandū eſt dijs q̄ populari leuitate du/
cti vel magnis vrbibus ſuffecturas opes exhibēdis
muneribus impendunt.

Impēſa / dicunt̄ bñficia. Mar. Impēſis vitā principis
annumeres. Impēſa ē. ponit̄ ꝓ expēſa.

Impēdiū d̄r impēſa ab impēdēdo ere. Hiero. ad Ocea.
Multis medicaminū impēſis vnū vulnꝰ ſanare cu/
piebat. Et impendiū vt inquit Var. dicitur pecunia
q̄ in fenore ſorte accidit: hoc eſt vſura ipſa ꝙ inter ſe
iungat: vnūꝗ fiat quaſi cōpendiū. Cice. ad Atticum
Fenus (inquit) ⁊ impendiū.

Impēdio aduerbiū / ſignificat valde vel magis. Teren.
in Eu. Quare cum ſimilem luſerit iam ille ludū im/
pendio magis animus gaudebat mihi. Do. Impen
dio.i.magis. Hiero. Tranquillini Sanctus frater
Tacianus impendio te reſalutat.

Impenſe valde vel nimis. Plau. in Epi. Eſt impēſe im
probus. Terē. in adel. Sed ſi id vultis q̄ vos ꝓpter
adoleſcētiā minus videtis: magis impēſe cupitis: cō
ſulitis parū. Inde impēſius / ꝓ multo magis. Colu.
Sed cuiuſꝗ diſcipline prudētē delectāt ipēſius ea q̄
ꝓprijs generibus diſtinguunt̄ ꝗ̄ q̄ paſſim velut abie
cta ⁊ quodā aceruo confuſa ſunt.

Impēſibilis idē q̄ꝺ incōſiderabilis. Gel. Oimꝗ rerū
fidā veritatēꝗ mixtis cōfuſiſꝗ ſignis veri atꝗ falſi
ita impēſibilē videri aiūt: vt q̄ſq̄s homo eſt.

Impēdio es.di.ſum. neutrū eſt ⁊ ſignificat impendere:
ſupra caput aliquid: veluti caſurū pendere: q̄ꝺ vulgo
dicitur ſpençolarr: vt Gladius ſupra Dionyſij cōui/
ue caput iminens impendebat. Lactan.lib.vij. Se/
uiet ferrū / ignis / fames / morbus ⁊ ſuper omnia metꝰ
ſuperimpendēs. Dicimus quoꝗ Impendent te ma
la. Terē. in phor. Subito tanta te impendent mala:
id eſt pendent in te: hoc eſt extant ꝯtra te. Cice. Pla
cio. Agiturꝗ p̄clare ſi noſmetipſos regere poſſumꝰ
vt ea q̄ partim iam adſunt: partim impendent mode
derate feramus.i. prope vel parata ſunt.

Impero as.pe.cor. ex in ⁊ paro / ſignificat / iubeo. Nam
in intētiuū eſt quaſi ſtatim vel prorſus paro. Quin/
tilia. Nā ꝗuis infeſtū latronibus mare iuſſus intra/
ui neꝗ diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas p̄ri cur
mihi hoc imperaret. Unde imperatū iuſſum. Idem:
Mihi ꝙ ſemel imperata non feci.

Imperito as.pe.cor. frequentatiuū eſt.

Imperitabundus / idē q̄ꝺ imperitās.

Imperator appellari a ſenatu ſolitus eſt: vt Cicero in
phi. indicat qui mille aut duo milia externorum ho/
ſtium occidiſſet. Sed çonaras hiſtoricus grecus ad/
mirandus imperatorem appellat αυτοκρατορα
αυτοσ και κρατεω ουα λετιμ ιαμον Δεο γρα/
τιαμοσ συμκρατειμηθελεσε και στραγιοτατισ/
μασετισεμ. Apianus vero ſcribit nomen imperato/
ris vēdicari ſolere ab his pretoribus qui in maximis
belli operibus verſati ſunt cum laude: nunc aūt inq̄t
ſub quo decē milia in bello occidiſſent hac appellati/
one dignos haberi audio. Preterea ductores exerci/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum ⁊ ꝑfecti copiarum militariũ imperatores vocã
tur apud hiſtoricos. Itẽ q̇ ꝓuincias adminiſtrabant
impatores dicebant: ꝙuis poſtea in tyrãnidẽ verſus
ſit h̓ magiſtratꝰ ⁊ impatoris mitiſſimũ nomẽ in eum
trãſlatum ſit q̇ Romani impij gubernacula tenet.

Impiũ ſignificat iuſſum. Virg. Impio leti parẽt. Aliqñ
dr̄ dñium aut regnũ: vt apud eundẽ. Impiuꝫ oceano
famã q̇ terminet aſtris. Aliqñ eſt ptãs. Vlpi. Merũ
eſt impium habere gladij ptãtẽ ad aiaduertẽdũ in fa
cinoroſos hoies: qđ etiã poteſtas appellaẗ.

Impioſus q̇ impium habet. Itẽ q̇ nimis ſeuere impat:
quaſi oſtẽtator impij qualis Torquatus apud Liui.
qui filiũ licet victorẽ: qꝛ contra imperium ſuũ pugna/
uerat ſecuri percuſſit. Hinc aduerbiũ imperioſe/ qđ
eſt ſeuere ⁊ cum oſtentatione imperij.

Impello is. inſtãter perſuadeo/induco/cõmoueo. Sal.
Aliter haud facile eos an tãtũ negociũ ipelli poſſe.
Teren. in eun. De impulſore hoc nõ facit. Idẽ: Dũ
in dubio eſt animus paulo momento hucvel illuc im
pellitur. Item impellere eſt vrgere. Virgi. Ferte citi
flammas: date tela: impellite remos. Hinc impulſor
qđ fere in mala revſurpaẗ: ſicut adiutor in bona. Im
pulſo ſas. frequẽtatiuũ: ⁊ Impulſus us. ꝓ impetu.

Impeto is. penulẗ. cor. inuado. Apul. Iurgijs me opi/
do impetens.

Impes etis. ⁊ impetus us idẽ ſignificant. Luc. libro. j.
Quãlibet in partem tradunt res ante ruuntꝫ. Im/
petibus crebris. Sta. lib. vij. the. Tranſiliunt cam/
pos aurigantꝫ impete vaſto.

Impetigo pe. pro. fędatio cutis ſerpẽs cũ pruritu: quã
alij ſcabilẽ/ſiccã/aſperã ⁊ ꝓminentem intelligũt: alij
morbũ ſimilẽ ſcabiei ſquamoſum corpuſꝫ dehone/
ſtantẽ/ab impetu nomẽ deductũ. Serenus: Si vero
vitiũ eſt qđ ducit ab ipete nomẽ. Hoc matutina po/
teris cohibere ſaliua. Et apud Collu. lib. v. ſcribiẗ ꝙ
impetigines ⁊ ſcabies aceto ⁊ alumine defricanẗ in
equis. Alij putãt eſſe volaticã. Verũ hmõi fędatiõis
cutis ⁊ impetiginis Celſus ſcribit eſſe q̄ttuor gene/
ra. Pli. Vitis albę viridis tuſe ſucco ⁊ thure impeti
gines tolluntẗ. Dicebaẗ ⁊ impetis: vt ait Feſtꝰ. Et pe
tigo ꝙ vicina petat ſeſe late ſũma cute diffundens.

Impetro as. pe. cor. ex in ⁊ patro/ ſignificat obtineo ⁊
quaſi id qđ cupio/facio. Unde ⁊ perpetro /perficio.
Teren. in hecy. Videndũ eſt ne minus propter iram
hanc impetrẽ quod poſſim: aut ne faciã plus qđ poſt
minus me feciſſe ſatius ſit.

Impiger pe. cor. non piger/ſed ſtrenuus ⁊ diligens. Ti/
bul. Impiger ęnea volitantis frater amoris. Cicero:
Quis eſt tam impiger in ſcribendo ꝙ ego.

Imperſonale verbũ diciẗ qđ nõ habet pſonas cuiꝰ duę
ſunt ſpecies. Nã quędã ſunt impſonalia vocis actiuę
⁊ q̄dã paſſiuę. Impſonaliũ actiuę vocis quinꝫ gene
ra eſſe dicunẗ q̄ in t finiũt ⁊ a tertia pſona/ quorundã
neutroꝝ formanẗ: vt a placeo ſit placet impſonale.
Primę ſpeciei ſunt. Benefit/malefit/ſatiſfit /q̄ ſemp
ſunt impſonalia ⁊ añ exigunt ablatiuũ cum ꝑpoſitõe
⁊ poſt datiuũ: vt a deo bñfit bonis. Secundę ſpeciei
ſunt intereſt ⁊ refert q̄ añ genitiuũ ⁊ poſt infinitiuuꝫ
habẽt: exceptis mei/tui/ſui/noſtri ⁊ veſtri: loco quoꝝ
dicimꝰ mea/tua/ſua: noſtra ⁊ veſtra: ⁊ cuius a. um. in
quo tã ablr̄o ꝙ gtõ vti poſſumꝰ: vt cuius vel cuia in/
tereſt orare. Tertię ſpeciei ſunt Libet/placet/liquet/
patet/accidit/euenit/cõtingit/ſuppetit/ꝯſtat/reſtat ⁊
vacat: q̄ ſi hñt añ datiuũ ⁊ poſt infinitiuũ: vt mihi li/
bet mori. Et licet q̄dã ex his pſonalia ſint/tñ raro ſũt
in vſu niſi in tertijs pſonis. Nõ eñ dicimꝰ/accido ti/
bi ⁊ tu accidis mihi/ſed hoc accidit/ꝯtingit/euenit ti
bi. Quartę ſpẽi ſunt: Decet/dedecet/iuuat/delectat/
oportet: q̄ habẽt añ actm̃ ⁊ poſt infinitiuũ: vt religio/
ſum decet caſte viuere. Quintę ſpeciei ſunt: Penitet
tedet/miſeret/piget/pudet: ⁊ ſemp ſunt impſonalia
apud iuniores: ⁊ ante volunt accuſatiuũ ⁊ poſt geni/
tiuũ vel infinitiuũ: vt me tedet peccatoꝝ vl̓ peccaſſe.
Preter miſeret qđ vult poſt ſe genitiuũ tm̃. Impſo/
nale paſſiuę vocis formaẗ a tertia pſona iũcta tur: vt
legitur. Et tam actiuis oibus ꝙ a neutris acq̇ſitiuis/
trãſitiuis ⁊ abſolutis formatur: nec aliquẽ caſum exi
git ante/ vtitur/ſtatur. Nam propriũ impſonalis eſt
nullã certã perſonã ſignificare. Nec vllum caſum ha
bent poſt niſi q̄ a neutris acq̇ſitiuis ⁊ abſolutis deſcẽ
dunt: vt Itur in antiquã ſyluã.

Impingo is. egi. impactũ ex in ⁊ pango /ſignificat im/
pello ⁊ illido. Cice. lib. iij. tuſ. Quid huic calix mulſi
impingendus eſt vt plorare deſinat. Impingendus
dixit: quaſi illidẽdus ⁊ nolenti ingerendus. Denotat
eñ vim aliquã: vt apud Hieroñ. Impegi nouiſſime
in Danielẽ. Et apud Virgi. Exanimata ſequens im/
pingeret agmina muris. Et in Eſaia: Impegimꝰ me/
ridie quaſi in tenebris. Aliqñ cõponitur ex in ⁊ pin/
go. Plau. in cap. pro impono vſurpauit. Iubete huc
craſſas cõpedes impingeṛ. Aliqñ poniẗ ꝓ deſigno.
Hiero. ad Euſto. Ad omnẽ actũ /ad omnẽ inceſſum
manus impingat crucẽ. Aliqñ ꝓ inſcribo. Teren. in
phor. Si tu illã attigeris ſecus ꝙ dignũ eſt liberam:
dicam impingã tibi grandem dixi demipho. Lactã.
lib. vj. pro transfiguro poſuit. His ꝟo qui ſapientiã
quęrunt philoſophiã in oculis impingit vti ſpecie lu/
cis exercet ne quis cõprehendat ac teneat veritatẽ.

Impinguo as. pinguẽ facio. vñ impinguatꝰ legiẗ.

Impleo es. cõſtruiẗ cũ ablatiuo vel gtõ. Virgi. Imple
uitꝫ mero paterã. Item: Implentur veteris bacchi
pĩguiſꝫ ferinę. Qñꝫ addiẗ ꝑpoſitio cũ dicimꝰ: Im
pleui nauẽ de omni genere frumẽti. Lactã. lib. iiij. Et
inſup duodecim cophini de reſiduis fragminibꝰ im/
pleti. Huius cõpoſitũ eſt adimpleo.

Implexus/inuolutus/innexus. Ambro. Requiraẗ. Id
verũ ſit non fabula pro veris dicere: nõ obſcuris ve/
ra inuoluere/nõ ſupfluis ⁊ implexis atꝫ ambiguis
occupare animũ.

Imploro as. peñ. ꝓ. auxiliũ poſco. Et ꝓprie dr̄ cũ q̄s in
malis poſitꝰ eſt ⁊ cũ miſeratiõe auxiliari poſtulat.

Implano as pe. cor. decipio. Cyprianus: Si quis inq̇t
putat ſe aliquid eſſe cum non ſit /ſeipſum implanat.
Hinc implanator/pro ſeductore.

Impluo. vide in dictione pluo.

Impluuiũ inquit Var. Locus in medio domus relictꝰ
vt recipiat lucẽ deorſum: quo impluere ſolet. Aſco.
Impluuiũ locus ſub cęlo in medijs ędibus vbi plu/
uia accipitur. Feſtus: Impluuiuꝫ quo aqua impluit
collecta de tecto. Terẽ. in phor. Monſtra euenerũt
michi/introijt in ędes ater alienus canis/ anguis per
impluuiũ decidit de tegulis.

Impluuia veſtis erat qua ſacerdotes per vrbẽ vteban/
tur. Pluuiale nunc vulgo appellaẗ. Var. Saliũ q̇ꝫ
ſereno tpe impluuia amictũ fuiſſe criminabanẗ.

Impluuiatꝰ/color pullꝰ q̄ſi fumato ſtillicidio implutꝰ.

Implutus/pluuia madefacta diciẗ.

Implico as. pe. cor. vide in dictiõe plico.

Impolicia cię. quaſi incuria. Gel. libro quarto. Si quis
equeſtrium equũ habere gracilentũ /aut parũ nitidũ
viſus impolitię notabatur.

Impos. vide in dictione compos.

Impono penul. pro. ſupra pono. Virgi. Molẽꝫ ⁊ mõ
tes inſuper altos. Impoſuit. ⁊ lib. iiij. Vidit turicre/
mis cuꝫ dona imponeret aris. Interdũ imponere eſt
dare. Idẽ libro. vij. Finẽꝫ imponere curis. Interdũ
iniuugere: vt Impono tibi hoc onus. Et his modis
cõſtruiẗ cum actõ. Cum dtõ ꝟo ſignificat decipere
Quinti. Fefellit me ingeniũ honeſtis cauſis glorię
amor ſpes tibi ꝑpetuę laudis impoſuit. Hieroñ. in

Gñ. Quare inquit impoſuiſti mihi? Cũ autẽ dicim⁹
impono manũ/ſignificat perficio Do. Imponit̃ ma
nus rebus cum pficitur: id qđ ceperit relinquit̃ cum
imperfecte dimittit̃. Virgi. Imponit regina manũ.
Et alibi: Atq̃ʒ opere in medio defeſſa reliquit.

Impoſtores dicunt̃ q̃ alios verbis pollicentibus deci/
piunt: vl' qui ſupponẽdo malas merces hoies fallũt.
Et qui ita decipiunt/impoſturã facere dicunt̃. Aug.
in pš. interpretatiõe. Nõ põt ars ſine impoſtura eẽ
nõ põt negociũ ſine fraude. Vlpi. Digeſtis de crimi
ne ſtellionatus. Si quis impoſturã fecerit/aut collu
ſionem in necẽ alterius/ſtellionatus põt appellari.

Inporco as. porcas in agro facio. Collu. li. ij. Et ſimilit̃
cum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus inarabim⁹/ im/
porcatumq̃ʒ occabimus. Imporcator qui porcas fa
cit. Eſt autem porca quantum ad hoc terra eminens
inter duos ſulcos.

Importunus a. um. penul. pro. quod caret portu: id eſt
quiete vbi nullus portus eſt. Virgi. lib. xj. Bellũ im
portunũ ciues cum gente deorũ Inuictiſq̃ʒ viris ge/
rimus. Hinc importunitas quę vt Do. inquit/ neq̃ʒ
loci neq̃ʒ temporis habet cõmoditatem.

Impotẽs. pe. cor. q̃ ab appetitib⁹ vincit̃. Cice. Lepido
Sin iſta pax perditũ hoim in poſſeſſionẽ impotẽtiſſi
mi dñat⁹ reſtituta eſt. i. ſupbiſſimi ⁊ incõtinẽtiſſimi.

Impotẽtia/plerũq̃ʒ imbecillitatẽ ſignificat. Interdũ va
lidã imoderatãq̃ʒ potentiam. Cice. lib. v. tuſcu. Qui
nihil metuant/nihil agant/nihil cõcupiſcant/nulla im
potentia efferant̃. Nam in q̃ñq̃ʒ auget. Vnde tyrã/
nus impotẽtiſſimus dicit̃ a Quinti. Decẽ viri quoꝝ
principatus erat imoderat⁹: a Liuio impotẽtes dñi
nuncupant̃. Et a Sene. impotẽtia fortunę aſcribitur
Sue. ſcribit cęſarem edere ſolitũ voces impotentię
Siſen Lęticia nimia atq̃ʒ potẽtia animi cõmotus.

Imprecor penul. cor. ⁊ in bonuʒ ⁊ in malũ accipi ſolet.
De quo in dictione precor.

Imprimo is. pe. cor. premẽdo/imitto: intus calco/obſi
gno. Vñ impreſſę litterę obſignatę dicunt̃. Cice. li.
j. tuſ. An imprimi quaſi cerã putamus animũ.

Improbus pe. cor. indignus. Vñ improbitas. Cice. ad
cęſa. lib. j. Debes odiſſe improbitatẽ eius q̃ imprudẽ
tiſſimũ nomẽ delegerit. Interdũ dr petulãs ptinax.
Virgi. Et plena cornix pluuias vocat improba vo/
ce. Interdũ turpis. Plau. Improbiorẽ non vidi fa/
ciem mulieris. Interdũ laſciuus/ proteruus/ aſtut⁹.
Pac. Nemo hoc puero iprobior q̃cũq̃ʒ vult ſuadet

Improlus ⁊ improlis penul. pro. qui nondum in ciuita
te aſcriptus eſt.

Impropero as. pe. cor. vide in dictione propero.

Improperiũ/criminis exprobratio.

Imprudens/non prudens. Aliq̃ñ etiã valde prudens.
Virgi. Nocuit nunq̃ʒ imprudentibus imber.

Impudicus pe. pro. qui nõ eſt pudicus. i. caſtus a quo
impudicitia. Ponit̃ q̃ñq̃ʒ etiã ꝓ temerario/⁊ pro eo
qui nullo pudore ducitur.

Impudens pe. cor. qui nullo pudore ducitur.

Impudẽter temere/petulanter/inuerecunde.

Impuderatus/q̃ eſt ſine pudore. Hiero. ad Fuſt. Faci/
es meretricis facta eſt tibi: impuderata es tu.

Impune pe. pro. aduerbiũ eſt ⁊ ſignificat ſine pęna vel
ſine dãno. Aug. lib. v. con. Impune ſe facere arbitrã
tur cum ipſa faciẽdi cęcitate puniantur. Virgi. lib. ij.
geor. Et ſępe alterius ramos impune videmus. Ver
tere in alterius mutatãq̃ʒ inſita mala Ferre pyrum.
Aliquãdo refert̃ ad omnẽ effectũ/ ⁊ ſignificat ſine vi
⁊ effectu: hoc ẽ fruſtra/Apul. Impune/capitoliũ aſcẽ
di cũ nemo eſſet. Terẽ. in Hecy. Impune iſtud opta
re tibi licet. Hora. Obturem petulas impune legen
tibus aures.

Impunitas/quaſi non punitio. Sal. Si quis indicaſſet
de cõiuratione quę cõtra rempu. facta erat pmiũ de/
creuere/ſeruo libertatẽ ⁊ libero impunitatẽ eius rei
⁊ ſeſtertiorũ ducenta milia.

Imputo as. pe. cor. vide in dictione puta.

Imputatus a. um. qđ nõ eſt putatũ: hoc eſt amputatũ:
q̃ʒuis iputo in hac ſignificatõe nõ legat̃. Pli. li. xiiij.
Eadẽ lege ex imputata vitę libari vina dijs nefas ſta
tuit/rõne excogitata vt putare cogerent̃.

Impurus penul. pro. generaliter pro improbo poni ſo
let. Ter. in adel. O hominẽ impurũ. Et impurus qui
aliquo vitio notatus eſt. Cice. lib. iiij. de repu. Sed
iuuentuti noſtrę minime audiẽdus: q̃ppe ſi ita ſenſit
vt loquit̃/eſt homo impurus. Itẽ dicit̃ ſordidus cõ/
taminatus. Idem Cũ multis illũ ingenuis: cũ multis
matribusffamilias in illa terra atq̃ʒ impura legatiõe
vim attuliſſe exiſtimatis.

## I ante N

In ꝑpoſitio eſt q̃ ⁊ ſeparari ⁊ cõponi ſolet. Separata
tam accuſatiuo q̃ʒ ablatiuo deſeruit. Sed cum actõ
iungit̃/ſignificat ꝓ vel erga: vt bñſentio in rẽpu. Ci.
lẽtulo. Nã hoc ſenatuſcõſulto in meã ſentẽtiã facto.
Virgi. Accipit in teucros animũ/mentẽq̃ʒ benignã.
Q̃ñq̃ʒ aduerſus: vel contra: vt in parricidã dico: ⁊ in
tyrannũ pugno. Pli. Cum mihi ſermo in adulterũ
eſſet. Virgi. Quid meus ęneas in te cõmittere tãtũ.
Quid troes potuere? Quãdoq̃ʒ intra: vt in nauẽ in/
greſſus es: ⁊ in domũ proficiſcor. Quãdoq̃ʒ ad Vir
gi. Impulit in latus. Quãdoq̃ʒ ſicut ſicuti Aug. do/
cet: vt Sedet in amicũ: id eſt ſicut amic⁹. Quandoq̃ʒ
vſq̃ʒ ad. Liui. Bellũ in trigeſimũ diẽ eduxerãt: id eſt
vſq̃ʒ ad triginta dies. Denotat quãdoq̃ʒ qualitatẽ or
dinatiuã. vt Opus indies creſcit. Virgil. Inq̃ʒ dies
auidũ caput altius effert. Quandoq̃ʒ indicat ſpatiuʒ
tẽporale: vt A mane in noctẽ. Idem: In lucemq̃ʒ tu/
liſſet. Iungit̃ accuſatiuo pro ablatiuo: vt Vereor te
in os laudare: pro in ore. Ter. in adel. In quẽ exẽpla
ſient. i. in q̃. Iũgit̃ etiã actõ cauſa ornat⁹: ⁊ ꝟbũ cũ q̃
cõponi deberet remanet ſine ꝑpoſitiõe: vt iuado ho/
ſtẽ: ⁊ tu ingtitudinis crimẽ incurriſti. Ci. ꝟo dixit: In
ocia hoim icurrũt. Hiero. Et imiſit in os meã cãticũ
nouũ. Cũ aũt iũgit̃ ablto tũc hʒ eãdẽ vim quã apud
grecos ep. vt i vrbe i tpe. Et aliq̃ñ ſignificat int̃. Vir.
Penthaſilea furẽs medijs in milibus ardet. Aliq̃ñ
ſignificat ꝓ vel ad: vt hoc eſt in re tua: hoc eſt ꝓ vtili
tate tua vel ad vtilitatẽ tuã. Vir. In magno mune/
re cyſe⁹ Eſſe ſui deſiderat monumẽtũ ⁊ pign⁹ amoris:
id ẽ ꝓ magno munere. Aliq̃ñ ſignificat per: vt apud
aplm. In q̃ gratificauit nos i dilecto filio ſuo. i. ꝑ dile
ctũ. Et illud: Locut⁹ eſt nobis in filio. Cõpoſita q̃q̃ʒ
varijs capit̃ modis. Nã mõ ponit̃ ꝓ intra vel intro:
vt ingredior/induco. Mõ cõtra: vt inclamo/inſulto/
impugno. Mõ intẽtiua ẽ: vt icrepuit/inſonuit. Vir.
Turn⁹ vt infractos aduerſo marte latinos. Mõ ne
gatiua ſeu ꝑuatiua: vt ignar⁹/inutilis. Mõ ſignificat
ſupra vt imineo ipẽdeo: mõ ſine: vt in iuſſu meo: mõ
ſolẽnitatẽ quãdã iportat: vt indico is. qđ ſignificat ri/
tu ſolẽni q̃cq̃ʒ ꝓmulgo aut iubeo. Mõ ſimplicis ſui
ſignificationẽ ſeruat ⁊ ſignificat in loco: vt inſum/im
pono. Mõ ad locũ: vt infero/iporto. Aliq̃ñ ponit̃ ꝓ
ꝓ particula ſupuacua: vt Noſco crines icanaq̃ʒ mẽ/
ta. Habet nõnũq̃ʒ q̃litatẽ ad pei⁹ deteriuſq̃ʒ pẽdẽtẽ:
vt q̃ʒ ſel'iformes vidiſſe cyclopas. Nõ ei nulli⁹ formę
ſʒ malę formę ſignificat. Cõpõit̃q̃ʒ i cũ oib⁹ lr̃is/tã vo
calib⁹ q̃ʒ ꝯſonãtib⁹. Sʒ q̃ñ vocalib⁹ iũgit̃: vl' c. d. f. g. h
n. q. ſ. t. ſp remanet n: vt inauris/ineo/iniũcio/inops/
inuoco/incedo/induco/infero/ingero/inbibeo/inuo
inquiro/inſiſto/intueor. Quãdo ꝟo cũ b. m. ⁊ p. mu/
tatur n in m: vt imbibo/imunis/impono. Cũ l ⁊ r mu
tatur in l vel in r: vt illudo/irruo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inachus pe.coꝛ. Ionis pater fuit: ⁊ prim⁹ q̄ apud argi/
uos regnauit. A quo inachius a.um. Vir. lib.ij. ge/
oꝛ. Inachię iuno peſtē meditata iuuēcę. Eſt ⁊ inach⁹
nomē fluuij achaię. Inachis ip̄a Io inachi filia patro
nymicū fęmineū. Inachio/regio quę Io vocabat̃.

Inanis penul.pꝛo.vacuus. Aug.lib.iij.con. Hęc om̄ia
nō recedebant de oꝛe eoꝛū: ſed ſonoten⁹ ⁊ ſtrepitu lin
guę ceterū coꝛ inane veri. Ponitur quoq̄ʒ inane ꝓ ae/
re. Luc. Lōgum per inane reſoluit. Quoq̄ʒ ꝓ ocioſo.
Hora.in Ser. In medio q̄ ſcripta foꝛo recitent ſunt
multi quiq̄ʒ lauātes. Suaue loc⁹ voci reſonat ɔcluſus
inanes. Sic ⁊ vacu⁹ ꝓ ocioſo dicit̃ a Virg. Cętera q̄
vacuas tenuiſſent carmina mentes.

Inanitas ⁊ inanitio/pꝛo vacuitate. Plau.in Ciſ. Mi/
hi inanitate iamdudū inteſtina murmurāt. Itē pꝛo
vanitate. Siquidē ⁊ inane ꝓ leui quoq̄ʒ ſumit̃. Virgi.
Inſtabiles animos ludo pꝛohibebis inani.

Inanio is.iui.itum. Vn̄ inanitus pe.pꝛo.qđ eſt vacuo.
Pli.li.xxv. Coꝛtex remanet hoc inanito medulla ca/
dit. Hui⁹ cōpoſitū eſt Exinanio. Vn̄ Exinanite exina
nite vſq̄ʒ ad fundamentū in ea inquit Pſ.

Inaneſco is.inanis fio: qđ ab inaneo es. fieri certū eſt.
Aug.lib.x.con. Eſt aliud tētationis malū quo inane/
ſcunt qui placent ſibi de ſe.

Inaminus a.um.qđ nō habet animā. Cice.lib.ij.offici.
Quę ergo ad vitā hominū tuendā pertinent/partim
ſunt in anima: vt aurum ⁊ argentum.

Incuſo is.vide in dictione/areſco.

Inauris/oꝛnamētū qđ ab aure pēdet. Nā in oꝛiēte de/
cus exiſtimat̃ geſtare aurum in auribus.

Inaudio is.vide ſupꝛa in dictione audio.

Inauro as.ex in ⁊ auro. Auro ꝟo ab aurum fit: ⁊ ſigni/
ficat auro impleo vel dito.

Inauſpicato aduerbiū vſurpatum a veteribus cum ali
quid eueniſſet aliter q̄ʒ quis vellet. Et inauſpicato di
citur non captatis auſpicijs. Teren.in an. Haud au/
ſpicato huc me appuli.

Inarime pe.coꝛ.inſula eſt in mari thuſco ab arimis ſiue
pplis ſiue beluis. Scribit Pli. Inarimē mōtē fuiſſe
q̄ terremotū paſſus alterā fudit iſulā q̄ ꝓchyta ab ef
fuſiōe dicta eſt. Oui. Inarimēq̄ʒ ꝓchytāq̄ʒ legit. Si/
rius: Nō ꝓchyte non ardentē ſoꝛtita typhea. Inari/
me. Et a ſtatione nauium ęneę etiā ęnaria dicta eſt.

Incero ras.aliquid cera tego. Perſius. Genus incera
re deoꝛum.

Incandeſco is.dui.vide ſupꝛa in dictione/candeo.

Incanto as.ſignificat verbis ſolis vel etiā rebus q̄buſ/
dam adiunctis aliq̄d ſupꝛa naturā molioꝛ. Pli. Qui
mala carmina incātaſſet. Hinc incantatio ⁊ incanta/
mentū. Idē lib.xxviij. Valeāt ne aliq̄d ꝟba ⁊ incan/
tamenta carminū. Pōt etiā incāto frequētatiuū eſſe
ab incino. Sed quo ad primā ſignificationē huic ver
bo/incanto cōtraria ſunt excanto ⁊ recanto.

Incallidus per duplex ll/nō aſtutus. Cice.in arte vete/
ri. Sed cum a ſummis viris maxime res adminiſtra/
rentur: arbitroꝛ alios fuiſſe non incallidos homines
qui ad paruas cōtrouerſias pꝛiuatoꝛū accederēt. Et
lib.iij.offic. In his tribus generibus quoquo modo
poſſunt non incallide tergiuerſantur.

Incaleſco is.incalui: valde calidus fio. Hiero.in libꝛo
Heſter. Itaq̄ʒ die ſeptimo cum rex hilarioꝛ ⁊ poſt ni
miā potationē incaluiſſet mero.

Incaſſum per duplex ſſ ſignificat fruſtra. vide in dictio/
ne caſſes.

Incaſum per ſimplex ſ ſupinū eſt ꝟbi incido cū a cado
cōponitur: de quo paulopoſt.

Incautus: vide ſupꝛa in dictione/cautus.

Incido is.pe.pꝛo.incidi ſum.ex in ⁊ cedo qđ ē ferio ſeu
ſeco. Virgi. Atq̄ʒ mala vites incidere falce nouellas.
Vnde inciſus a.um.qđ modo ſignificat per inciſio/
nem ſcriptum. Et dicimus inciſę ſunt leges in ęre vel
in ęs. Qđ eſt contra Vallā: ⁊ eius ſequaces. Cice.in
oꝛatiōe de ſignis. Id nō modo ɔſcripſerunt: verum/
etiā in ęre inciſum nobis tradiderunt. Pli.in Pane.
Quę vos pr̄es cōſcripti ne q̄ interciperet obliuio: ⁊ in
publica acta mittēda ⁊ incidēda in ęre cēſuiſt̄. Sue.
in Ceſa.cum actō. Ac mox lege in ęs inciſa. Modo
inciſum ſignificat amiſſuʒ. Liui.li.iij. Itaq̄ʒ ſpe inciſa
pꝛiuſq̄ʒ p̄dicta dies adeſſet Appi⁹ moꝛtē ſibi ɔſciuit.

Inciſio/qđ inciſum eſt. Col.lib.iij. Infra inciſionē ⁊ alli
gaturā falce acuta leniter vitem vulnerato ex vtraq̄ʒ
parte vt his potius plagis humoꝛ defluat/q̄ʒ ex inci/
ſione abundet.

Inciſura ipſa inciſio: inciſurę etiā dicuntur in manibus
quę vulgo lineę vocantur. Pli.lib.xj. Contra longe
eſſe vitę incuruos humeris ⁊ in manu vna duas inci/
ſuras longas habētes.

Inciſum.qđ oꝛatoꝛes vocāt ſenſum nō expleto numero
cōcluſum: qđ plęriſq̄ʒ pars membꝛi eſſe videt̃: vt Do
mus tibi deerat: at habebas: pecunia ſupabat: at ege
bas. Fiunt autem ſingulis verbis inciſa.

Inciſum aduerbiū/ſignificat ꝑ inciſiōes. Cice. Hęc quī
dem duo binis pedibus inciſim: deinde membꝛatim
dicere ſolebas.

Inciles penul.pꝛo.foſſę ad deducendā aquā de cōmuni
riuo factę. Sunt em̄ loca depꝛeſſa ad latus fluminis
q̄ ⁊ incilia dicuntur: eo ꝙ incidant̃. Scindit̃ enim la/
pis vel terra vnde pꝛimū aqua ex flumine agi poſſit:
quemadmodū in piſtrinis frumētarijs fieri videm⁹.
Qđ autē ad incile opponitur aquę deriuandę/cōpel
lendęve ex flumine/cauſa vulgo clauſa dicit̃: ſiue id li
gneum ſit/ſiue lapideū/ſiue ex qualibet alia materia
ad continendā tranſmittendāq̄ʒ aquā excogitatū de/
ducatur. Et latine Vlpia.teſte ſeptū dicit̃. Item in/
cile dicitur locus per quē pꝛimū deducit̃ ex quocūq̄ʒ
riuo aqua irrigandi cauſa.

Incido as.penult.pꝛo. increpo vel impꝛobo. Plaut⁹.
Melius tn̄ eſt ita viuere/ne quis noſtra incilet fata.

Incaeduus a.um.cum diph.qđ nō cedit̃ ex in ⁊ cęduus
Cato de re ruſtica. Secūdo loco hoꝛt⁹ irrigu⁹. Ter/
tio ſalictū. Quarto oletum. Quinto pꝛatum. Sexto
campus frumentarius. Septimo ſylua cędua. Ser/
uius. Intonſi montes intonſi ſyluoſi incedui.

Incido is.incidi incaſum penultima coꝛrepta ex in ⁊ ca
no. Omnia em̄ a cado cōpoſita ꝓferunt ſupinum cū
ſint a cado. Quę vero a cedo pꝛo ferio mutant e in i:
vt inciſum/reciſum. Vnde ab incido incaſum/incaſu/
rus. Pli.lib.j. Sed ea accidiſſe non q2 hęc facta ſunt
arbitroꝛ. Verumetiā hęc ideo facta: q2 incaſura erāt
illa. Eſt autē incidere/quaſi caſu venire/aut de ipꝛo/
uiſo labi: p̄ſertim quādo cōſtruit̃ cum acuſatiuo me/
diante in: vt incidi in latrones/incidi in erroꝛeʒ. Cice.
Curioni. Qđ in id reipublicę tēpoꝛis non incideris
ſed veneris. Incidere ergo a caſu venire eſt. Venire
ꝟo certo indicio ⁊ ſentētia ⁊ cōſulto. Qđ ip̄e Cicero
ſubſequēs imedinte declarat. Iudicio enim tuo/non
caſu in ip̄m diſcrimē rerum cōtuliſti tribunatū tuum.
Iungit̃ quādoq̄ʒ cum datiuo: vt mihi incidit ſuſpicio
Quādoq̄ʒ abſolute ponit̃: vt incidūt ſępe multę cau/
ſę: obiurgatiōes etiā nōnunq̄ʒ incidunt neceſſarię. Et
incidit de vxoꝛibus mētio. Inde incidit quęſtio. Ali/
ud ex alio incidit. In q̄bus tamē intelligit̃ datiuus: ſi
militerq̄ʒ exponuntur ſicut ſi datiuū haberent: vt ſit
incidit mentio caſu venit: vel oꝛta eſt. Ponit̃ interdū
incidere pꝛo inſidere. Col.libꝛo.ij. Iugumq̄ʒ melius
aptū ceruicibus incidat. Liui.de.ij.bel.pu. Sagunti
ruinę vtinā falſus vates ſim veſtris capitib⁹ incidēt.

Incedo is.ſſi.ſſum.penul.pꝛo. Ingredioꝛ ſubeo: vt ſcri
bendi libido me inceſſit. Interdū incedere eſt matu/
rę moꝛe graui viri/ſiue magnifice moꝛe regum ire.

Virg. Aſt ego q̄ diuū incedo regina Iouiſqꝫ. Liui⁹ lib. ij. Ipſe en ille nr̄is decorat⁹ inſignib⁹ magnifice incedit. Sene. Tenero ac molli paſſu ſuſpēdim⁹ gradum: nec ambulamus ſed incedimus. Aliquando ſignificat ſimpliciter ire. Col. lib. vj. Tranſuerſus rurſus laxiora ſpacia faciant per quę vel foſſor vel arator incedat. Liuius de ſecūdo bello puuico. Cum ſignis prima luce motis ſegniter agmen Incederet. Hinc inceſſus quo ad poſteriora ſignificata.

Inceſſo is ſſi vel iui. a ſupino verbi incedo formatum ſignificat: Accuſo moleſto: ad iram concito quaſi laceſſo: ⁊ conſtruitur cum accuſatiuo: Lactā. lib. iij. Quid ergo te magiſtra illa vitę docuit an potentiſſimū conſulem maledictis inceſſares: cūqꝫ hoſtem patrię venenatis orationibus faceres. Hieronymus. Aliquo modo vel aliquando expugnatur: qđ vndiqꝫ inceſſitur: id eſt: impetitur. Verū diſtinguendum de inceſſit quando ab incedo et quando ab inceſſo fit. Nam ad incedo. Inceſſit me cupiditas ſicut ⁊ mihi inceſſit cupiditas dicere licet: et tunc ſignificat ingredior ſiue inuado. Liuius libro. j. Timor deinde patres inceſſit ne ciuitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur. Et iterū Perfectis patris mandatis cupido inceſſit animos iuuenū ſciſcitandi ad quē eorū regnū romanū eſſet venturū. Valerius maxi. datiuo iunxit Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. Terentius in Adel. cum accuſatiuo mediante in. Noua inquit nunc religio in te iſtec inceſſit. Aliquando ponitur ſine datiuo vel accuſatiuo expreſſo et ſignificat ingruo. Columella libro. ij. Si vero procelle ventoꝝ aut turbines inceſſerint: maior pacs ad terrā defluit. Idem cum datiuo poſuit cum inquit. Famē ſi ſterilitas annorū inceſſit hominibus: cōmode propulſat. Interdum ſignificat ingredior. Idem libro. iij. Et cū autūnus inceſſerit anteqꝫ frigid⁹ cacumīa durat omnia folia decerpere expediet.

Incertus dubius. Plau. in Pſeu. Certa amittim⁹ duz incerta petimus.

Incerto incertas: incertū ſeu dubiū reddo. Idē in Epi. Longa dies meū incertat animū. Cōponit̄ eñ ex in ⁊ certo: quod eſt in animo certo. Nam cū quis dubitat ſecū animo certat.

Incerno incernis: ſicut ⁊ cerno ſignificat cribro. Vnde Incerniculum.

Incernicula cribri quibus frumenta purgantur: anteqꝫ molantur. Plinius libro. viij. Decretū fecere quo caueretur ne frumentarij negociatores ab incerniculis eū arcerent. Ca. Cribrū vnū incerniculū vnū: ſecurim vnā: ſcamnū vnū.

Inceſtus us, et inceſtū ſti. dicitur flagitiū in affines admiſſum ex in et ceſtus: quaſi ſine ceſto: id eſt vinculo vt Lactā. gāmaticus ſuper lib. ij. the. teſtatur. Ceſt⁹ autem eſt cingulū veneris quo vtebatur ad honeſtas nuptias quaſi cui ceſtos non fuerit adhibita. Ideo inceſtum dicitur qđ a ſacrato illo veneris cingulo non fertur. Hac eñ cinctura coniuges deuinciri putarūt vti concordes in vita viuerent. Mar. Sume cytheriaco medicatū nectare ceſton Vinxit amatorē baltheus iſte Iouem. Ser. docet inceſtuz eſſe quācunqꝫ pollutionem.

Inceſtus a um: idē eſt qđ pollutus. Proper. Scilicet inceſti meretrix regina canopi.

Inceſtuoſus qui inceſtū cōmiſit.

Inceſto as: polluo. Sueto. in Ti. Triplici ſerie cōnexi inuicē inceſtarēt. Vir. Totāqꝫ inceſtat funere claſſem

Incino is: pe. cor. ſignificat ſuꝑ ſiue intercano. Prop. Seu varios incinit ore modos. Gel. Creditum hoc eſt a pleriſqꝫ Iſchiadici cū maxime doleāt tum ſi modulis leuibus tibicē incinat minui dolores. Hinc fit frequēta. incanto as. de quo ſupra.

Incentio onis cantio ſeu cātilena. Gel. docet plurimis hominū morbis medicinā fuiſſe incētiones tibiarū.

Incentinus incētina incētinū: vt Tibia incentina apud Varro. quę a dextera canit: ſicut ſuccentina: quę a ſiniſtra ſuccinit.

Incito as pe. correpta frequentatiuū eſt verbi incio is. Cio vero cōmoueo ſignificat incitare ergo eſt frequēter ſeu valde intus ve citare. Vnde ⁊ pro irritare ⁊ ꝓuocare ſumitur.

Incitabulū incitamen et incitamentū: idem ſignificant. Gel. Fomes atqꝫ incitabulū virtutis.

Inciens dicit̄ ꝓpinqua partui: ꝙ fętus ei⁹ ſit incitatus.

Incitas penul. correpta quaſi paupertas et indigitas. Plautus. Profecto ad incitatem leonem rediget ſi eas adduxerit.

Incitega penul. producta machinula: in qua amphora vini conſtituebat̄ vnde vina ſubinde in conuiuia ſubminiſtrarentur.

Includo is penul. producta intus claudo. Virg. Incluſos vtero Danaos.

Incipio is penul. cor. ex in et capio: ſignificat inchoo. Vnde inceptum quod eſt ceptum dicitur: vocaturqꝫ verbum famulariū: quia infinitis cum quibus iungitur famulari videatur. Seruat enim eorū cōſtructionē: vt incipio timere deum. Tu incipis eſſe probus. Ille incipit doceri a pręceptore. Illum incipit tędere laboris. Poteſt tamen eſſe ſine infinito. Plautus in cap. Odiu id factum eſt: hic annus incipit vigeſimus. Aliquando cū ablatiuo ponit̄. Plinius lib. xiiij Vnde autē potius incipiemus q̄ a vitibus. Sunt et alia famularia. ſ. deſino: volo: poſſum: debeo: queo: ſoleo: conſueſco: audeo: que etiam ſine infinito eſſe poſſunt vt audeo magnū faſcinus: poſſum multa: et hmōi. Iuue. Aude aliquid breuibus giaris ⁊ carcere dignū ſi vis eſſe aliquid.

Incepto as. frequētatiuū ab incipio.

Inclamo as: penultima producta contra clamo. Plau. in Aſi. Nimis ęgre riſum continui vbi hoſpitem inclamauit qui ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet. Aliquando inclamare eſt maledictis ⁊ conuicijs inſectari reprehendere. Idē in Sti. Tuos inclama: tui delinquunt. Ouidius li. ij. de faſ. Fit ſonus inclamat comites ⁊ lumina poſcit. Aliquando intro vocare. Vale. Maximus lib. j. Perterritus deinde tam tetro viſo et nomine horrēdo ſeruos inclamauit: ſciſſitatuſqꝫ eſt ſi quē talis habitus aut intrantē cubiculū: aut exeuntē vidiſſent.

Inclementia duritas. Virgilius. Verum inclementia diuū: Has euertit opes. Hui⁹ cōtrariū eſt clemētia.

Inclementer dure aſpere. Plautus in Amphitrione. Iterum hic iam in me inclementer dicit: atqꝫ id ſine malo. Liuius libro. iij. Queſo inquit Appi primum ignoſce patrio dolori ſi quid inclementius in te ſum inuectus.

Inclino as: penul. pro. infecto. Iuue. Atqꝫ ipſos etiam inclinare maritos. Vnde inclinatus ꝓ profundo ponitur. Amb. Dū inclinatiſſimos aquaꝝ gurgites ſcrutor aerios nō reſpexi volatus.

Inclytus pe. cor. cū ypſilo: idem eſt quod glorioſus. Cōponitur enim ex εν et κλυτος: qđ eſt clarum: ſignificat ⁊ nō glorioſum.

Incoctile penultima correpta: ęneum vas in quo ſtagnum liquefactum delibutū eſt: vt edulijs ſaporez gratiorem reddat. Plinius. Album plumbū incoquitur ęreis opertbus galliarū inuentio: ita vt vix diſcerni queat ab argento: eaqꝫ incoctilia vocant.

Incęnatus non cęnatus q̄uis incęno as non legatur. Cato de re ruſti. Bibat aquam mulſam: cubet incęnatus: poſtea mane bibat ſuccum. Plau. in pſeu. It incęnatus cubitum.

Incogitans temerarius improbus non cogitans. Terētius in Phor. Qđ niſi fuiſſem incogitans: ita expectarem vt par fuit. Et iterum. Adeon te eſſe incogitantem atqꝫ imprudētem phedria vt phaleratis dictis ſeducas me.

Incogitabilis qui non ſolet cogitare cum quid rerū gerit. Plautus in mili. Te obſecro per deos atqꝫ homines. Et infra. Nunc demū ſcio me fuiſſe excordē cęcū incogitabilem. Lactantius libro. j. Qui deos colunt interdum videri ſolent tam cęci: tam incogitabiles: tam excordes.

Incognitus nō cognitꝰ. Sal. in Jugur. Ne quid de abſente incognita cauſa ſtatuatis.

Incolo incolis: penultima correpta: intus habito. Cicero libro. j. Tuſculanarū. Ubi ſunt ergo hij quos miſeros dicis: aut quem locum incolunt? Hinc incola incolę: ſicut ab accolo accola: quę ſic ab inuicem ſeparantur: ꝙ accola ſit: qui ad aliquem locū: id eſt iuxta aliquem locum habitat. Liuius libro. j. Paſtor accola eius loci nomine Cacus ferox viribus. Nec refert in ſuo an in alieno: vt accola vulturni: accola padi. Uirgilius libro. vij. Amniſqꝫ vadoſi Accola vulturni. Jncola vero qui in aliena vel vrbe vel republica habitat: quaſi ciuis aut municeps. Plinius. Quod eorum montium incolę facere couſueuerunt. Cicero libro. j. officiorum Peregrini ⁊ incolę officium eſt nihil pręter negocium ſuum agere: nec eſſe in aliena republica curioſum. Auguſtinus in pſal. expoſitione. Jncolere peregrinari eſt. Jncolę dicuntur qui habitant in patria non ſua. Pomponius iureconſultus ſcribit Jncolam eſſe qui in aliqua regione domiciliū contulit: quem gręci parecon appellant: nec tantum qui in oppido morantur incolę ſunt: ſed qui etiam in alicuius oppidi finibus ita agrum habent: vt intra eum ſe quaſi in aliquā ſedem recipiant. Jnquilinus quaſi aduena eſt et peregrinus: qui in alienas ędes alienaſqꝫ prędia ex conducto habitat: ſiue in vrbe ſiue ruri. Cicero in Phil. At vero te inquilino non domino perſonabant omnia vocibus ebriorum. Unde inquilinus probri vel odij cauſa quis appelatur quaſi domum propriam non habeat. Saluſtius. M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romę. Qui autē inquilinis cęnacula locant a iuriſconſul. dicuntur facere cęnaculariam. Ponitur tamen quandoqꝫ pro habitatore. Auguſtinꝰ libro. v. confeſſionū. Congręgatis inquilinis fori tanqꝫ furem manifeſtum ſe comprehendiſſe gloriantur. Mar. vicinus Nouio vel inquilinꝰ ſit ſi quis Nouiū videre nō vult.

Incoho as: a cohum quod mundū ſignificat. Unde ſubtractum eſt inchoare pro incipere. Uirgilius. Te ſine nil altum mens incohat. Quādoqꝫ perficere. Jdē libro. vj. Tunc ſtygio regi nocturnas incohat aras. Ab inchoo fit inchoatiuus inchoatiua inchoatiuum. Unde inchoatiua verba: vel a chaos: qđ rerū aiunt principiū. Unde per ch ſcribitur.

Inchoatiua verba vulgo dicta ſunt quę in ſco deſinunt. Sed hęc vt a Priſciano diſſentiā augmentatiua magis appellare libet: quoniam augmentum non inchoationem ſignificent: vt caleſco: frigeſco: quorum alterum ſignificat calidus fio: alterum frigidus. Aliquādo tamen comparatiue: id eſt maiori cum augmentatione ſumuntur. vt Qui ſordet ſordeſcat adhuc: id eſt ſordidior fiat. Uirgilius. Sin in ꝓceſſu cepit crudeſcere morbus. Ubi Seruius exponit crudeſcere validior fieri. Jdem. Aegreſcitqꝫ medendo. Exponitur inter medendum fit egrior. Et illud Lactan. Ne ſi noſtra inualuerint: id eſt validiora fiant. Aliquando comparatio apponitur. Terentius in heautontumorumeno. Nam mihi quottidie augeſcit magis de filio ęgritudo. Uirgilius libro. vij. Ꝙ magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnę ꝙ autē ſignificent incrementum: interpretum auctorūqꝫ idoneorum auctoritate ſimul et ratione probandum duxi. Nonius in priſcis dictiōibus. Albicatur: candidatur: exalbeſcit. Purpuraſcit purpureum fit. Cicero libro. ij. Acad. Quid mare nonne ceruleum? aut eius vnda cum eſt pulſa remis purpuraſcit. Nigidius. Dicemus quę vetuſtate deteriora fiunt vetuſteſcere/inuetereſcere quę meliora. Dona. in Hecy. prolo. Nonas qui exactas feci: vt inuetereſcerēt ait. Jnuetereſcerent in cōſuetudinem venirent ſpectarentur: amarentur. Et in Andria. Uah perij: hoc malum integraſcit exponit. Jntegratur quod eſt inſtaurat. Similiter apud Uirgilium libro. ij. Georgicorum. Aeraqꝫ diſſiliunt vulgo veſteſqꝫ rigeſcunt. Seruius. Rigeſcunt durantur Feſtus. Remorbeſcat: in morbum recidat. Et obherbeſcere: herbam increſcere. Cicero libro. iiij. Tuſculanarū. deferueſcere pro decreſcere exponit. Aut rogandi inquit orandiqꝫ ſunt: vt ſi quam habent vlciſcēdi vim differant in tempus: dum deferueſcat ira: deferueſcere autē decreſcere ſignificat ardorem animi inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytę: qui cū villico factus eſſet iratior. Quo te modo inquit accepiſſem ni iratus eſſem. Jdē pro Marcello. Nihil opere et manu factum quod nō aliquando conficiat ⁊ conſumat vetuſtas. At vero hęc tua iuſticia et lenitas floreſcet quottidie magis. Quis interpręteſur vt floreſcit incipiat florida fieri cum quottidie Cęſaris lenitas magis florida fieret? Si quotidie magis id fiebat profecto iſta continuatio dierum dum hoc fieret iam ab initio rem incboatā ſemel fuiſſe non quotidie incipi aperte demonſtrat. Similiter Terētius in heautontumorumeno. Nā mihi quotidie augeſcit magis de filio ęgritudo. Cicero etiam in Catone. Jta ſenſim ſine ſenſu ętas ſeneſcit nec ſubito frāgitur: ſed diuturnitate extinguitur. Si ętas ſenſim ſeneſcit: an ſenſim incipit: ſemper ſeneſcere: ſi ita eſt: ergo plus millies iſta inchoatio fiet. Et ſic totiens deſinet fieri ſenex: quotiens ſenſim ſeneſcet. Sed quoniā ab initio quo cępit ſenex fieri nūqꝫ omnino deſijt fieri ſenex: patet ꝙ ſeneſco ſignificat ſenex fio: non incipio fieri ſenex. Simile eſt illud Lactan. libro. vij. Quos autem morbus interemit ſpiritum diutius exhalant vt paulatim frigeſcentibus membris anima efflertur. Ambroſius libro Hexa. de phenice aue ſic inquit. De cuius carnis humore vermis exurgit paulatimqꝫ adoleſcit ac proceſſu ſtatuti temporis induit alarum remigia. Plinius libro quoqꝫ. xxj. de ortu roſę paulatim inquit rubeſcens dehiſcit. Quo pacto rubeſcens ſignificare poteſt incipiens fieri: vel eſſe rubra: ſi paulatim rubeſcit: nunquid totiens incipit eſſe vel fieri rubra: quotiens paulatim rubeſcit? Si ita eſt qđ tamen nō eſt totiens quoqꝫ neceſſe erit eam deſinere fieri vel eſſe rubram vt poſſit incipere fieri vel eſſe rubra. Sed non recte dicere poſſumus incipit eſſe: vel fieri rubra cum iam mediocriter vel parum rubra facta ſit. Qua propter in buccolicis. Sepe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. Dicit Seruius. Nemo vnam et eandem rem ſępe incboat. Hoc eſt non dicitur inchoare: quando id proſequendo ſępe facit. Quod idem Plinius libro. xxxj. oſtendit. Jn Sicilia quidem circa Meſſanam et Milas hyeme in totū areſcūt fontes: ęſtate exūdāt. Si in totū hyeme areſcunt certe non partim ſiccantur vt inchoatio areſcendi ex parte intelligi poſſit. Pręterea ſi iſta verba inchoationem ſignificarent quid opus eſſet poetas: oratores hiſtoricoſqꝫ illis vel cępi vel incipio addere Non enim putandum eſt tam excellentes viros temere: ſed conſulto id effeciſſe nulla eos pręſertim vrgente cauſa: iungimus autē hęc duo verba iſtis verę

bis in ſco terminatis: ſicut et aliis cuꝫ aliquid inchoa
ri ſignificare volumus: que ex hoc potiſſimum inuen/
ta eſſe intelligimus vt p̄dictis verbis ⁊ omnibꝰ aliis
iungi poſſent: cum in eis inchoationem deſignari ne/
ceſſe foret: quod nō fieret ſi ex ſe inchoationē ſignifica
rent. Quare Virgilius dixit. Sin in proceſſu cepit
crudeſcere morbus. Columella libro. vii. Decimo ta
men anno tempora canari incipiunt ⁊ ſupercilia: nō/
nunq̄ caneſcere: ⁊ dentes ꝓminere. Et libro. vi. Cy/
tiſum cum aridum facere voles: circa menſem ſeptē/
brem: vbi ſemen eius grādeſcere incipiet cedito pau/
ciſq̄ horis dum fraceſcat in ſole habeto. Et libro. xii.
Oleum fit optimuꝫ ex varia oliua cū incipit nigreſce
re. Iterum ibi. Atq̄ conualeſcere ceperunt adiecta
humo incrementa eorum proſequenda ſunt. Et rur/
ſus. Non ante legendū eſt q̄ cū matureſcere ceperit.
Cato de re ruſtica. Et vbi primum incipiunt hiſcere
tum legi oportet. Plinius libro. xi. Et cum mella ce/
perint matureſcere abigunt eos. Idem libro. vii. Sa
mara colligenda eſt circa martias kalendas, cum fla/
ueſcere incipit. Ceſar in com. Cum matureſcere fru/
menta inciperent. Lactantius libro. iiii. Cum primū
adoleſcere cepit. Et libro. vii. de roma loquens. Cū
q̄ eſſet adoleſcentia eius fine punici belli terminata
tum deniq̄ confirmatis viribus cepiſſet iuueneſcere
Hieronymus libro. ii. Regū. Et cum de nocte ſurre/
xeritis: ⁊ ceperit illuceſcere pgite. Gellius. Iam em̄
fama virtuſq̄ felicitatis romane apud exteras gen/
tes eniteſcere inceptabat. Cicero de natura deorum
In his animantibus que lacte aluntur omnis fere ci
bus matrum lacteſcere incipit. Et alibi dixit oratio/
nem ſuam caneſcere cepiſſe. Saluſtius in Iugurtha.
Sed vbi dies clareſcere cepit. Idem in Catil. Poſt
q̄ diuitie honori eſſe cepere: ⁊ eas gloria imperium
potentia ſequebatur: hebeſcere virtus paupertas ꝓ
bro haberi: innocentia pro maliuolentia duci cepit.
Hec extrema a me poſita ſunt propter nōnullos qui
inter doctiſſimos habiti ſunt aſſerentes verba in ſco/
finita raro ⁊ in licentia latini ſermonis iungi cum ver
bo incipio cum ⁊ alia permulta reperiantur que pre/
termittenda duxi ne in maius q̄ par ſit volumen ex/
creſceret. Quieſcant igitur omnes qui ea verba in/
choatiua appellari volunt: quando tot tantorumq̄
interpretum atq̄ auctorum ſententiis refragari non
licet. Formātur hec verba vt plurimuꝫ a verbis neu/
tris ſecūde cōiugationis a ſecunda perſona iuncta co
ſyllaba: vt albeo es: albeſco: caleo es caleſco. Quedā
tamen ab actiuis vel neutris tranſitiuis deducuntur
que paſſiuam nihilominus ſignificationem innatam
habent ſicut illa que a neutris ſecunde coniungatio/
nis ſunt: vt augeſco ab augeo: integraſco ab integro.
Saneſco a ſano a in e mutata. Sicceſco: curueſco:
molleſco: maceſco: matureſco: hilareſco: graueſco:
grandeſco: que tametſi a nominibus venire poſſe vi/
deantur: tamen a verbis eorum vel actiuis vel neu/
tris tranſitiuis ferme omnia venire magis credo.
Infinitiuus modus ſine alteriꝰ verbi adminiculo poni ſolet vbi ſubintelligitur. Uere ne ita eſt? vt De nec incepto deſiſtere victam? Plus em̄ poteſt infinitum tēpus ad ſignificandū q̄ꝫ finitum. Teren. in Eu. Inuidere om̄es mihi: pꝛo inuidebāt. Ideo autē dꝛ infinitus: quia alij modi definiūt p̄ſonas pꝛimā ſecundā et tertiā. Hic autē ſine perſonis eſt: et habet p̄finitum tempus pꝛęſens pꝛeteritū ⁊ futurū: vt amare p̄ſens: amaſſe pꝛęteritū: amatū ire futurum. Ecce vides deſignare tm̄ tempoꝛa non p̄ſonas. Amare em̄ neſcit̄ p̄ſona niſi velis iungere. Te amare debet ille. Tunc quaſi fit finitū. Si autē non ſubiūgas ille vel iſte vel ipſe fit infinitus modus. Nam et numero ſingulari vel plurali infinitus eſt. Cum em̄ dico amare nec finitum eſt vtrū de vno an de pluribus dicā.

Infirmus: nō firmus. Unde infirmitas inualiditas non egrotatio ſicut pleriq̃ male vſurpant: cū quis nōdū firmus vel ętate vel ęgrotatione eſt. Cice. Ut em̄ infirmitas pueroꝝ et ferocitas iuuenū.

Infligo is. penul. ꝓducta. infero/incutio. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Ita ne tandem Scipio laudas hanc poetis romanis negatā eſſe licentiā vt cuiq̃ oppꝛobꝛium infligerent romanoꝛum cum videas eos nulli deoꝛum pepercíſſe noſtroꝛū?

Infoꝛo infoꝛas penul. coꝛ. a foꝛum cōpoſitū: ſignificat dico ſeu in foꝛum diuulgo ſeu in foꝛū voco. Plau. in Cur. Licet ne infoꝛare ſi incomitiare nō licet? Non infoꝛabis me quidē: nec mihi placēs tuū ꝓfecto nec foꝛū nec comitium. Aliquando cōponit̄ ex in ⁊ foꝛo: as. qđ eſt intus foꝛo. Plini. lib. vij. Timebant priſci truncū findere: mox infoꝛare auſi medio ipſiq̃ medullę calamū impꝛimebāt vnū inſerentes.

Infra ab in naſci videt̄ cuiꝰ ſignificatio nota eſt. Et ſine caſualibus quidē aduerbium eſt adiuncta vero p̄poſitio: vt ego te eſſe infra om̄es infimos puto. Facitq̃ ex ſe Inferus a. um. inferioꝛ infimus infernus. Nam aduerbia hm̄ōi localia pꝛępoſitionū loco ponunt̄: et ediuerſo: vt intra viſcera pꝛo in viſcera. Abſq̃ leſiōe pꝛo extra leſionē: et in adulterū dixit: pꝛo contra adulterū. Docet Laurē. Ualla Infra ad dignitatē et locum referri: vt Infra dignitatē meā eſt: et infra tectū. Intra ad nūerū ⁊ ſpaciū: vt Intra viginti dies: ⁊ intra muros nō autē infra. Sed hanc differentiā minus ſeruatā video: ꝙ infra etiāꝫ ad numerū p̄tineat. Pli. lib. xj. Oua incubari infra decē dies ędita vtiliſſimū vetera aut recētioꝛa infęcūda. Aug. de Petri cathedra. Tamē cū infra quadrageſimę dies hęc ſolēnitas venerit facere eā nobis debet ſanctoꝝ dierū reuerētia gratioꝛē. Habet autē infra relatiuū ſupꝛa: ſicut intra/extra/ſup̄/ſubter.

Infringo is. valde frango. Unde infractus. Interdum infringere ē illidere ⁊ infligere. Terē. in Adel. Plus quingentos colaphos infregit mihi.

Infractus valde fractus. Uirg. Turnus vt infractos aduerſo marte latinos. Et infractus non fractus: vt vir infracti animi .i. q̄ nullis rebus aduerſis frangit̄.

Infractio nō modo ꝓ non fractione: ſed etiā ꝓ toꝛpoꝛe ponit̄. Cic. In quē cadit ęgritudo: cadere in eū timorem infractionēq̃ animi.

Infrio as. Uide in dictione Frio.

Infumo as. pen. pꝛo. ad fumū ſicco: ſicut inſolo ad ſolē ſicco. Plau. Atq̃ bilas infumatas ⁊ ſumen.

Infumibulū ſpiraculū per qđ fumus exit.

Infule penultima coꝛ. faſcie ſunt in modum diadematū vt inquit Ser. ſup̄ lib. x. enei. a quibꝰ dependēt vittę ab vtraq̃ parte. Feſt. Infulas ſacerdotum filamentum vocabāt. Alij ſcribūt Infulas filamēta alba eſſe quibus templa oꝛnabant̄ ⁊ moꝛis fuiſſe vt nubentes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prius ꝙ̄ mariti domum ingrederent̃ infulis poſtes oꝛnarent. Iuxta primū ſenſum. Amb. libꝛo offi. ſumpſiſſe videtur cum inquit Ego raptus de tribunalibꝰ atqꝫ adminiſtrationis infulis ſacerdotū docere vos cepi: qđ ipſe non didici. Hinc Infulatus a. um. quod eſt infula oꝛnatum.

Infundo is. Vide in dictione Fundo.

Infundibulum: inſtrumentum quo in vaſa liquoꝛes infundimus. Cato. In cella olearia hęc opus ſunt dolia olearia et opercula ſeſtarium olearium vnum: labellum vnum: infundibula duo. Ruſtici noſtrates luram vocitant. Antiquioꝛes autem os vtris luram dicebant vnde lurcones capacis gulę homines: vt Lemargi nomen acceperūt.

Infurnibulū pala qua panes in furno diſponūt.

Ingenium a gignendo pꝛopꝛia natura dicitur cuiqꝫ ingenita. Salu. lib. iij. hiſt. Caſtriſqꝫ collatis pugna tñ ingenio loco ꝓhibebat̃. Ter. Nā qui cū ingenijs cõflictatur eiuſmodi. i. cū hoībus eiuſdem naturę. Eſt etiā ingeniū vis quędam naturalis nobis inſita ſuis viribus ꝓualens ad inueniendū qđ ratione iudicari poſſit. Cic. li. v. de fi. Vna ingenij appellat̃ docilitas et memoꝛia: eaſqꝫ virtutes qui habent ingenioſi vocant̃. Vnde ꝓclara ingenia et obtuſa ingenia dicimꝰ id ē acuta et rudia. Hinc ingenioſus q̃ naturalē vim ad aliquid agendū accõmodatā habet.

Ingenuus qui in libertate natus eſt: et ab ingenuorum antiquitate vt Boe. in top. inquit: gentilitas ducitur Et eſt relatiuum libertini. Eſt em̃ libertinus qui iuſta ſeruitute manumiſſus ē. Vñ interrogare hoc modo ſolemꝰ: Ingenuus ne an libertinus eſt. i. liber natus an ſeruitute liberatus ſiue ex libertinoꝝ genere oꝛtꝰ. Hinc Ingenuitas: q̃ cõtraria eſt libertinitati. Hinc de Agatha martyre ſcribit̃. Sūma ingenuitas iſta eſt: in qua ſeruitus Chꝛiſti compꝛobatur. Ingenue aduerbiū libere ⁊ ſimpliciter. Sic ingenue loqui dicimus eū qui ita loquit̃ vt liberū hominē decet nihil timidū: nihil habens ſeruile.

Ingemo is. pe. coꝛ. valde gemo. Virg. Daphni tuum ꝑnos etiā ingemuiſſe leones Interitū.

Ingero is. pe. coꝛ. immiſceo: immitto: intro: gero. Leo pap. Nouit cui adhibeat ęſtus cupiditatis: cui illecebꝛas gulę ingerat: cui apponat incitamē luxurię. Auguſt. Quid facio ego modo cū loquoꝛ: ſtrepitū verboꝛū ingero auribus veſtris.

Ingloꝛius a. um. quod eſt ſine gloꝛia. Cui contrariū eſt inclytū et gloꝛioſum. Hiero. ad Mar. Sed aīa habitante in coꝛpoꝛe fiat inclytū qđ ante ingloꝛiū fuit.

Ingluuies ventris rapacitas. Et pꝛo gula ſumit̃. Col. lib. ix. pꝛo cibo poſuit: Nam niſi vacua eſt ingluuies cruditatem ſignificat.

Ingrandeſco is. dui. grandis fio. Colu. libꝛo. x. At circa Calendas Martias locis apꝛicis licet poꝛrū ſi iam ingranduit transferre.

Ingraueſco is. valde grauis. i. moleſtus fio et quaſi oppꝛimo. Hier. in li. gene. Nō ē herba gregibꝰ ſeruoꝝ tuoꝝ ingrauaſcēte famę in t̃ra Chanaā. Aug. li. v. cõ. Et ingraueſcentibꝰ febꝛibꝰ iam ibam ⁊ peribam.

Ingredioꝛ eris. ſſus. Vide in dictione Gradioꝛ.

Ingruo is. nō ꝓpꝛie ſed ꝑ tranſlationē ſignificat inuado immineo ⁊ impetū facio a gruum ꝓpꝛietate duplici. Pꝛima ꝙ moꝛe agminis cõuolāt. Altera ꝙ clamoꝛe ſimili vtuntur: vt Milites in pꝛelio ineundo. Plau. in Am. Noſtra contra ingruūt vicimus vi feroces. Lact. lib. ij. Si ſeua tempeſtas: ſi grando ingruat ad deū confugitur. Colu. lib. ij. Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Dicit̃ em̃ de bello/ de pluuia/ de tempeſtate/ de ruina: ⁊ huiuſmodi.

Ingurgito as. penul. coꝛ. cum vehementia glutio: gulā redimpleo. Plau. in Cur. Vide vt ingurgitat ipura in ſe merū auariter plenis faucibus. Cice. in Anto. Idē cum ſe cibis ingurgitaſſet. Lactā. lib. iiij. aliter. Sicut ſus: que ſe ingurgitat cęno.

Inguina pe. coꝛ. ſūt genitalia tam fęminarū ꝙ̄ viroꝛū. Mar. Acceſſi quotiens ad opus mixtiſqꝫ mouemur Inguinibus. Sue. in Nero. Viroꝛū ac fęminarū ad ſtipem deligatoꝛū inguina inuaderet. f. oꝛe

Inhalo as. pe. pꝛo. Vide in dictione Halo.

Inhereo es. inherens vel fixus fio. Col. lib. iij. Cacumina deinde oliuę ſicut matri inherent vtraqꝫ parte adradito: et ita fiſſurę fici aptato: cuneūqꝫ eximito. Inhereſco inherens fio. Idē lib. ij. Perexigua conſpergit̃ aqua gleba manuqꝫ ſubigit̃ ac ſic glutinoſa ē ꝙuis leniſſimo tactu inhereſcit ⁊ picis in moꝛem ad digitos lenteſcit habendo. Cic. lib. iij. de natu. deoꝝ. Pꝛouiſum ē vt ſi qua minima beſtiola conaret̃ irrūpere in ſoꝛdibꝰ auriū tanqꝫ in viſco inhereſcet.

Inhibeo es. penulti. coꝛrepta: ex in ⁊ habeo. Vide in dictione Pꝛohibeo.

Inhio as. ꝓpꝛie ſignificat valde os aperio. Per tranſlationē ꝟo ponit̃ pꝛo vehemēter cupio. Plau. in Aul. Credo illū iam audiſſe mihi eſſe theſaurum domi id inhiat. Gel. lib. j. Dū eius moꝛtē inhio egomet viuo moꝛtuus inter viuos. Aug. lib. iij. de ci. dei. Datiuo iūxit vt ſit inhiare quaſi deſideriū aut coꝛ apponere. Hic inquit aliquid agerent dij heluones atqꝫ nebulones ſacrificioꝝ adipibus inhiantes.

Inhonoꝛes qui ignobiles ſūt ⁊ ſine honoꝛe. Amb. lib. j. offi. Cōtra aūt iuſtos inopes degere ihonoꝛes ſine liberis. Et Pli. lib. v. Inhonoꝛes ciuitates dixit.

Inhoꝛreo valde hoꝛridꝰ ſum: a q̃ inhoꝛreſco valde hoꝛridꝰ fio. Pli. lib. x. Inhoꝛreſcūt ędito ouo: excutiūtqꝫ ſeſe ⁊ circumactę purificant. Aliquādo inhoꝛreſcere eſt intus hoꝛreſcere. Virg. lib. j. geoꝛ. Spicea iam campis cū meſſis inhoꝛruit: ⁊ cū Frumenta in viridi ſtipula lactētia turgēt. i. hoꝛrida facta eſt ⁊ intus foꝛmata. Hiero. in Dial. Attici. Vel frigoꝛe inhoꝛreſcimus: vel febꝛi exardeſcimus.

Inibi pe. coꝛre. ex in ⁊ ibi quaſi intus ibi: vel in hoc ſiue in eodē loco. Apul. Multa inibi dicta ſunt q̃ cõmemoꝛare nō eſt opus. Plau. Nos domū pꝛoperamꝰ vos inibi adeſte. Aliqñ ſignificat mox. Cecil. Liber ne es: non ſum. Verū inibi eſt.

Ininde ſignificat ex eo loco. Liui. Ita exercitus ininde domos abducti.

Inijcio is. penul. coꝛ. pꝛopꝛie intro iacio immitto innecto. Plau. Anteqꝫ hec in domum inijcias. Teren. in an. Quę ſeſe in ignē inijcere voluit pꝛohibui. Aliqñ in aliquid iacio: vt apud eundē. Inijciā in eum manū Vñ manus iniectio dicit̃ vēdicatio rei nobis debite nulla iudicū auctoꝛitate expectata. Quintili. Patri in filiū: patrono in libertū manus iniectio. Paul. Si Titius ſeruū vendidit ea lege vt ſi Romę moꝛatus eſſet manus inijcere liceret. Emptoꝛ alij ęadem lege vendidit ⁊ ſeruus fugit a ſecundo emptoꝛe ⁊ Romę moꝛatur. Quero an ſit manus iniectio et cui. Virg. Iniecere manū parce: hoc eſt traxerunt debitū ſibi. Aliquādo Inijcere eſt cū impetu iacere: ſeu impetū facere. Ouid. Qua cētū quiſqꝫ parabat Inijcere anguipedum captiuo bꝛachia cęlo. Aliquādo ſimpliciter iacere. Plau. in Epi. Tragulam in te inijcere adoꝛnat. Idem in Cap. Inijcite huic manicas maſtigię . i. innectite. Et in Caſ. Iā pol ego huic aliquē in pectus inijciā metū. i. immittā. Liui. lib. j. Iniecte Turno catene. i. impoſite. Huiꝰ cõpoſitū eſt Supinijcio Virg. lib. iiij. geoꝛ. Et raras ſupinijce frondes.

Initium ceptum: a b Inijcio is. Et initia Cereris ſacra dicūtur. Var. lib. ij. de re ruſ. A ſuillo pecoꝛe immolandi initiū pꝛimū ſumptum videtur. Cuius veſtigia ꝙ initijs Cereris poꝛci immolant̃: et ꝙ initijs pacis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

fedus cū feritur porcus occidit. Alio noīe initiatio/nes nuncupantur: que vt ait Tertul. ſemper arcent profanos ⁊ arbitris carent.

Initio as. ſacris imbuo. Unde initiat⁹ ſacris imbutus. Hiero. in Exo. Poſtq̄ initiaueris manus eorū: id eſt cōſecraueris: et ſacris addicaueris. Et initiari dicūt pueri cū a lacte et a cunis tranſeunt: vt cibo firmiori alantur. Nā apud Uar. legit iniciari pueros edulie et potice ⁊ cube deab⁹ edendi ⁊ potandi ⁊ cubandi. Reperitur etiā initior depones: vt in ps. Et initiati ſūt Beelphegor. Eſt ⁊ initiare incipere.

Initiarius a. um. quod ad initiū pertinet. Quint. lib. j. Neq̄ eīn eſt ſanctius ſacris iiſdē q̄ ſtudiis initiaris.

Iniquus ab in et equus: e. in i. ꝓductā conuerſa et idem eſt qđ non plan⁹. Unde loci iniquitatē dicimus. Per trāſlationē vero de hominibus impiis ſeu improbis dicit et iniquitas ꝓ iniuſticia ſumit. Aliqñ capit pro magno. Virg. Iniquo pondere raſtri. Aliquādo ꝓ anguſto. Idem. Uerum hec ipſe quidē ſpatiis exclu ſus iniquis Pretereo.

Inimicus qui nō ē amicus ⁊ priuatus eſt: hoſtis publi/cus. Sue. in Sue. Scribit etiā ad ipſum hoc famili/ariter necdū plane inimicus aut hoſtis.

Inimicor aris. deponens: inimicitias exerceo: datiuo iungitur.

Inimico as. cū actō: ſignificat inimicū facio. Hora. Et miſeras inimicat vrbes.

Inimicitia ſingulari nūero dixit Cice. lib. iiij. tuſ. Inimi citia ira vlciſcendi tēpus obſeruans. Ceſ. lib. de ana. plurali ſemꝑ nūero dicendas putat inimicitias.

Iniungo is. impono demādo: vt iniūgo tibi hoc onus. Proprie tamē Iniūgere eſt intus vel ſupra iūgere. Col. lib. vij. Iugūq̄ quarto die accipiūt cui ramus illigatus temonis vice traiicitur. Interdū ⁊ pondus aliqđ iniūgit vt maiore niſu laboris exploret patien tia. Idem lib. v. Itaq̄ pingui terra ſingulis brachiis licebit bina iniūgere flagella.

Iniuges hoſtie vocabant que nunq̄ domite: aut iugo ſubdite fuerant.

Iniuria ex eo dicta eſt ꝙ non iure fiat. Omne eīn quod non iure fit iniuria dicit ſiue verbis ſiue re. Re cum manus inferunt. Uerbis cū fit cōuiciū. Specialiter vero iniuria dicit cōtumelia q̄uis (vt quidā volunt) ab inuicem differant ꝙ iniuria ſit in verbis: ⁊ ideo le uior: ꝯtumelia in factis. Pacu. Patior facile iniuriā ſi eſt vacua a cōtumelia. Quādoq̄ iniuriam dicim⁹ damnū culpa datum. Quandoq̄ iniquitatē: vt cum quis inique ſententiam dixit ꝙ iure ⁊ iuſticia careat: quaſi non iuriam. Nonnunq̄ aduerbialiter ſumitur ꝓ immerito. Iniurioſus q̄ iniuriā facit. Iniurioſus a. um. iniuria plenum.

Iniurius a. um. quod eſt iniquū. Plau. in Aul. Si mihi dat operā me illi iraſci iniuriū eſt. Aliquādo iniuriū aduerbiū ponit. Teren. in hecy. Iniuriū autē eſt vl/ciſci aduerſarios. Ubi Do. Iniuriū iniquū: Indignā tis modo ſignificatio eſt: et vim aduerbii habet.

In manu vel in manibus eſt: dicitur pro eo quod eſt in poteſtate vel in promptu et in facili: vt Uictoria in manibus eſt. i. quaſi iam tenetur. Et in manibus pro inter manus. Cic. in Cato. Septimus mihi liber ori/ginum eſt in manibus. i. operi nondum ſumma ē im poſita manus. In manu aquas poſcimus. Ueteres autē aquas manibus pedibuſq̄ dixerunt In manū datur ei qui ſeparatim accipit ſine arbitris: aut inter prete: vt preuaricator aut iudex corruptus. Teren. in Phor. Soli ſumus inquā hic: eho dic quid velis tibi dari in manum.

In mentē venire nō tm̄ eſt reminiſci: ſed etiā recogitare ⁊ conſiderare. Cice. In mentē tibi non venit cauſam publicā ſuſtinere: id eſt nō cogitas.

Innitor pe. pro. Uide in dictione Nitor.

Ino nomen Cadmi et Hermionis filie vxoriſq̄ Atha/mantis Thebarū regis: et liberi patris nutricis: Ea/dē Cicerōe teſte ē que Leucothea. i. alba dea a nobis vero Matuta que ⁊ aurora dicitur. Unde Ouid in Faſ. Leucothoe in graiis matuta vocabere noſtris. Fabulam Inonis. Ouid. lib. iiij. me. refert quēad/modum Ino cum melicerta filio ꝓpter timorem de ſcopulo ſe p̄cipitem miſit in mare: amboq̄ facti ſunt dii marini. Illa Leucothea Melicertes Palemon qui et portunus vocati ſūt. De quib⁹ Cyprian⁹ Me licertes et Leucothea precipitātur in maria et fiunt poſtmodū maris numina.

Inno as. per duplex nn. ex in ⁊ no: quaſi intus no: a quo Innato as. frequentatiuū.

Innocuus actiue accipit pro eo qui nō nocet. Pli. lib. viij. Eoſdē peſtiferos ferunt in grecia: innocuos eſſe in Sicilia. Paſſiue vero ꝓ eo cui non nocet. Virg. Et ſedere carine om̄es innocue. i. ſine detrimento.

Inocco as. ſignificat cooperio: quod fit cū ſemē in agro ſeminatū eſt ⁊ glebas ſarculis aut cratib⁹ diſſoluim⁹ vt ſemen humo contegat. Col. lib. ij. Nam ſemē qđ ſicco ſolo ingeſtū ⁊ iam inoccatū eſt perinde ac ſi re/poſitū in horreo nō corrūpit. Componit aūt ex in et occo as. qđ eſt cōminuo. Sed de occo alibi.

Inoculo as. pe. cor. ſignificat oculū vnius arbor alteri adhibeo: ſeu oculū in arbore operio. Col. li. xij. His quidē diebus arbores ficorū inoculant. Quod gen⁹ inſitionis emplaſtratio vocat. Pli. lib. xvij. In ficis autē ⁊ malis hec fuit inoculatio antiqua.

Inoleſco is. leui. lui. etū. et itū. ſignificat creſco: grādis fio. Augu. Miror apud quoſdā infideles vnde tam pernicioſus error inoleuerit: vt ſuꝑ tumulos defun/ctorū cibos ⁊ vina conferant.

Innoteſco is. notus fio. Lac. li. j. Deniq̄ a doctis hu⁹ ſeculi q̄b⁹ forte ſcripta ei⁹ innotuerūt derideri ſolēt.

In numerū ſignificat in ordinē. In numerū ludere ē ſal/tare. Virg. Tū vero in nūerū faunoſq̄ feraſq̄ vide/res ludere. Tū rigidas motare cacumina quercus.

Innuo is. ſigno aliquo capitis voluntatē oſtendo: ſiue affirmem ſiue negem.

In ordinem redactus: et In ordinē coact⁹. i. inter viles ⁊ abiectos nūeratus. Liui. lib. xij. Tribuni plebis in ordinē redacti. i. contempti habiti. Sue. in Clau. In ordinē ſe coactū cōſcriberet. Hinc etiā Extra ordinē pro egregie dicit.

Inops pauper. vnde Inopia paupertas. Aliquādo dr ſine ope: ſine auxilio. vnde inopem animi: inopē pru/dentie dicimus. i. ſine ope animi: ſine ope prudentie. Aug. lib. iiij. con. Ardor inops prudētie. Iungit eīn cū genitiuis omniū rerū. Aliquādo inops dicit inſe/pultus. Virg. lib. vj. Hec omnis quā cernis inops inhumataq̄ turba. Ex iure eīn pontificio terra iniicie batur ⁊ circa cadauera ⁊ circa abſentiū corpora qui/buſdā ſolēnibus ſacris addit. Inops igit ſine terra que ops dicit: qui nullius poſſeſſor eſt: pauꝑ cui ſuꝑ res non ſufficiunt.

Inopioſus a. um. ſine ope. Plau. Sepe ego res multas tibi mandaui dubias egenas inopioſas conſilij.

Inphronitus pe. ꝓ. Uide ſuꝑ in dictiōe Fruniſcor.

In primis pe. pro. due partes ſunt: ⁊ eſt aduerbiū ſigni/ficatq̄ ante omnes vel ante om̄ia vel vnū ex primis. Sal. Que quidē res in p̄mis mihi videt fuiſſe cauſa facinoris maturādi. Imprimis cū m. ante p. ab im/primo v̄bo eſt: habetq̄ pe. cor.

Inpoſterū pe. cor. Uide in dictione Poſtremo.

Inquies etis. pro inquietus a. um. generis omnis vel figurate iungit neutro generi. Sal. lib. j. hiſt. Huma nū genus inquies atq̄ indomitū. Hinc inquieto as. pe. pro. Hiero. lib. j. Re. Quis es tu qui clamas et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inquietas regẽ. Col.lib.ix. Ne incubantes matrices ab alijs auibus inquietent̃.

Inquilinus penulti. producta ex in ⁊ colo pro habito. Uide in Colo.

Inquilino as. habito: a quo inquilinatus as. pro incolatu. Auguſti. in expoſitione ps. Quo migrandum eſt ex hoc inquilinatu ?

Inquio is. defectiuũ eſt: et ſignificat dico. Cice. tamen lib.ij. de ora. Attendere ⁊ aucupari verba oportebit inquio: vt ea que ſunt frigidiora vitemꝰ. Idẽ in eodẽ. Tu inquiſti moleſtus non eris. Et lib.iiij. ad Heren. Quid tibi vis aliquis inquiat.

Inquino as. penul. pro. maculo deturpo. Lact.lib.vj. Pecudũ ſanguis effuſus quo aras inquinãt. Ci.lib. tuſ. Quibus cecati velut domeſticis vitijs atqꝫ flagitijs ſeſe inquinaſſent. Fit autez a Cunio is. vt inquit Feſt. Cunire vero eſt ſtercus facere. Huiꝰ cõpoſitũ eſt coinquino. Col.lib.viij. Totã ꝓgeniẽ coinquinat: ſiquidez celeriter cum alia pecora: tum ꝑcipue oues contagione vexentur.

Inſanus penul.pro. non ſanus: qui non eſt ſani conſilij ⁊ qui nõ habet mentẽ integrã. vnde Inſania ſtultitia que ⁊ inſanitas dicitur. Cice. Inſipientia autẽ quaſi inſanitas: eademqꝫ demẽtia. Itez Inſanus magnus dicit̃. Uirg. Inſani feriãt ſine littora fluctus. Perſi. inſani dictata Caonis. Inde inſane aduerbiũ vehementer ꝓpterea ꝙ inſani om̃ia vehementer faciunt inquit Uar. Item valde ſanus. i. doctus. Perſi. Et inſano multũ laudanda magiſtro.

Inſanio is. iui. itum. a ſanus compoſitum ⁊ deriuatum putatur pro inſanias facio: ſiue inſanus ſum. Quñqꝫ et inſanire eſt carmẽ cõponere. Uirg. Inſanire libet: Nam inſani enthei dicunt̃. i. deo pleni.

Inſequor pe.cor. ſequor vel inſequẽdo ſequor. Uirgl. Inſequit̃ clamorqꝫ virũ ſtridorqꝫ rudẽtũ. Et inſequi ꝓ ſequi. Quint. Cũ eũ maledictis inſequeret̃.

Inſeruio is. Uide in dictione Seruio.

Inſecta aialia ſũt partim terreſtria: vt ſcolopendrie ſtelliones: partim volucria vt apes veſpe: partim cũ vtroqꝫ participantia vt formice: partim pennis ⁊ pedibus carẽtia: vt tinee que in homine naſcunt̃. Dicta inſecta ab inciſuris que nunc ceruicũ loco: nũc pectorum ſunt atqꝫ alui.

Inſero is. penulti. correpta: inſerui inſertum: ſignificat immitto ſiue vnio. Quando facit inſeui inſitũ de arbore dicit̃: quãdo. ſ. ſciſſo trũco ſurculus fecunde arboris inſerit̃ in ſterili: ſiue cuz oculus vnius arboris adhibetur: qđ quidẽ inoculationẽ vocant: vel quãdo ſeminatur aut plantatur. Uirg. Inſere nunc melibee pyros: pone ordine vites. Col. libro.iij. Uitem quã inſiturus es: reſecato et plagã leuato atqꝫ ita findito et paratos ſurculos in fiſſurã dimittito ea tenus quadraſi ſũt. Idem Inſita eſt fructuoſior ꝙ que inſita nõ eſt. i. ꝙ que cum ramis aut plantis ponitur. Per tranſlationẽ. Lact.lib.v. Odiũ ⁊ inuidiã ⁊ dolũ hominibus inſeuit vt tam eſſent ꝙ ſerpentes venenati tam rapaces ꝙ lupi. Leo papa pro Unire exemplũ poſuit. Quoniã inquit filius dei venit ſoluere opera diaboli: et ita ſe in nobis noſqꝫ inſeruit ſibi: vt dei ad humanam naturam deſcenſio fieret homini ad diuinam ꝓuectio. Hiero. ad Pãma. Quid neceſſe fuit me latentẽ inſerere queſtioni: opponere inuidie plurimorũ. i. immittere. Col. Nauſea diſcutit̃ ſi integrum llinaceũ crudũ ouũ ieiuni faucibꝰ inſeras. Diome. ſeror inſertus ⁊ inſitus facit. Et tradunt quidã inſitus arborũ eſſe: inſertus hois vel alicuꝰ rei. Ser. Inſitas arbores dicimꝰ: inſertas vero cauſas aut fabulas. Pli.lib.x. Pẽna ꝑ tranſuerſas inſerta nares. rto as. frequẽtatiuũ ab inſertũ formatũ. Uir. Hic rro accingor ruſus clypeoqꝫ ſiniſtrã Inſertabam aptans: meqꝫ extra tecta ferebam.

Inſitio ipſe inſerẽdi actus. Col.lib.iij. Tria autẽ genera inſitionũ antiqui tradiderunt.

Inſitium lignum quod inſitum eſt. Col.lib.iij. Terram circa arborẽ aggerato vſqꝫ ad ipſum inſitiũ. Et item Paliato luto bene ſubacto oblinito totam plagam ⁊ ſpatium quod eſt inter ſurculos vſqꝫ eo vt duobꝰ digitis inſitia extent.

Inſitiuus a.um. quod inſerit̃. Gel. Corpuſqꝫ ⁊ animã bene initiat̃ primordijs inſitiuo degeneriqꝫ alimẽto lactis alieni corrũpere.

Inſideo es. penul. correpta: ſedeo ſeu ſupermaneo ſto. Lact.lib.v. Et iuſtus ille nactus fuerit aliquẽ ſauciũ equo inſidientẽ. Aliquãdo intus ſedeo ſeu ſto. Cice. lib.iiij. tuſ. Cum autẽ hic feruor concitatioqꝫ animi inueterauerit et tanqꝫ in venis medulliſqꝫ inſederit. Aliquãdo doloſe quẽpiam expecto. Unde inſidie et inſidior. Aliquando obſidere ⁊ modo cum accuſatiuo conſtruitur. Liui.lib.ij. de bel. puni. Mago locũ monſtrabit quẽ inſidebatis. Modo dtõ. Uirgl.lib. xj. Arripuitqꝫ locum et ſiluis inſedit iniquis. Liu.li. ix. Inſeſſis om̃ibꝰ vijs per quas cõmeatus ex Samnio ſubuehebatur.

Inſido is. penulti. cor. ſignificat ad intus habitandum ingrediendũ ve vado. Lact.lib.vj. Uitãda ergo ſpectacula om̃ia: non ſolũ ne quid vitiorum pectoribus inſidat. i. ingrediat̃ ad ſtandum. Sta.lib.the. paſſiuũ protulit. Summis inſiditur aſtris. Cõſtruit̃ et cum actõ. Uirgl.lib.x. Uiam inſidere.

Inſidie fallacie. Cice.lib.iij.offi. Sunt ne igitur inſidie tendere plagas. Proprie doloſa expectat̃ ad aliquẽ aggrediendum inſidie dicuntur que clam inſident vt̃ hoſtes fallat.

Inſidior aris. inſidias tendo. Sal. in Iug. Atherbalẽ vite ſue dolis inſidiatũ eſſe.

Inſidioſus qui ſepe inſidiat̃: a quo inſidioſe qđ eſt cum inſidijs. Cice.lib.iij.offi. Ratio ergo poſtulat ne qđ inſidioſe: ne quid ſimulate: ne quid fallaciter.

Inſcitia ignorantia ab inſcitus a.um. participio.

Inſcius ⁊ conſcius contraria ſunt: et a ſcius compoſita. Inſciens. vnde Inſcienter ⁊ inſcientia q̃ ꝯtraria ſunt ſciẽtie. Ci.lib.acad. Sed inter ſcientiã ⁊ inſcientiam cõprehenſionẽ illã collocabat. Aliqñ inſciens capit̃ ꝓ ſtulto: et aliqñ ꝓ ignaro.

Inſcribo penul.pro. intus ſiue ſuperſcribo. Cice.lib.j. tuſ. Quid noſtri philoſophi: nõne in his ipſis libris quos ſcribũt de contẽnenda gloria ſua nomina inſcribũt. Idem Caſio. In ſtatua quã poſuit in roſtris inſcripſit Parenti optime merito. Interdũ inſcribere ſignificat nominare ſiue intitulare. Lactã.lib.j. Minutius felix in eo libro qui octauius inſcribitur: ſic argumentatus eſt. Interdũ dilacerare. Uirg. Et verſa puluis inſcribitur haſta. Plaut. Corpus tuũ virgis vlmeis inſcribã. i. inſignibo.

Inſcriptus quandoqꝫ pro non ſcripto ſumitur: vt apud Uar.lib.ij. Itaqꝫ greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samniũ eſtiuatũ atqꝫ ad publicanũ profitentur ne ſi inſcriptum pecus pauerit lege cenſoria cõmittant mulietos.

Inſignis ⁊ hoc inſigne ex in ⁊ ſignum ſiue ſignis componitur ελληνιστι δελεγουσι περισημον εκ του περι και σημαινω. Et proprie dicitur excellens qui in aliquibus cernitur eſſe ſignis quibus noſcitur vel noſci poteſt vt in coloris ⁊ veſtiũ rerũ varietate noſcit̃ ſiue noſci põt eſſe eũ ꝓbũ vel improbũ. Seu qr ſigna cum ſint indicia rerum ſemper eminẽt manifeſtaqꝫ ſunt. Sic viri virtute excellentes om̃ibꝰ ſunt noti. Cice.lib.iij.ad Heren. Idem fit in imaginibus: vt que nobis diligenter note ſunt he parum videantur inſignes alijs. Hic Ci. eo ꝙ prius dixit note

aperuit inſignes ſignificare note ſiue notabiles. Virgi. lib. iij. geo. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis ⁊ albo. Liui. lib. j. Flaminem Joui aſſiduũ ſacerdotem creauit inſigniq; eum veſte et curuli regia ſella adornauit. Virg. libro. iiij. Oſtroq; inſignis ⁊ auro Stat ſonipes. Hoc loco inſignis inſtratꝰ quaſi inſignitus. Ad facinus tranſtulit Terẽ. in Eu. Jamdiu aliquã cauſam querebat ſenex quãobrẽ aliquid inſigne faceret. Do. Inſigne aliquid magnum et nobile facinus. Ad virtutem. Virgi. Inſignẽ pietate virũ id ẽ illuſtrẽ magnũ ſiue nobilẽ preclarumq; ac ꝓſtantem. Aliquãdo ad vitiũ. Et latrones inſignes vocamus qui maiore manu maioreq; audacia graſſantur vt in Euã. Habebãt autẽ vinctũ quendã inſignẽ: cũ de ſeditioſo ⁊ homicida dicatur. Et inſignia ſcelera a Tacito dicũtur. Omne enĩ quod excellit ſiue illud ſit vitium ſeu virtus inſigne dicit̃. Vñ etiã quãdoq; ſimpliciter ꝓ magno ſumitur. Lucil. Cocus non curat caudã inſignem eſſe mõ pinguis ſiet. Ab inſignis fit inſignitas pro claritate. Inſigniter clare ſumme. Apul. Homo inſigniter malus.

Inſignia dicũtur ea que in veſtibus vexillis ⁊ huiuſmodi inſignita ſunt: aut ipſe veſtes vexilla ⁊ alia q̃ fiunt aut feruntur ita ab alijs diſcreta vt noſci poſſint cuiꝰ ſint ⁊ ad quos pertineant: vt veſtes militares ⁊ inſignia militaria regalia conſularia ve quibus acies ab acie: eques ab equite rex ⁊ conſul a viro priuato cognoſci debet. Virg. libro. ij. Danaumq; inſignia nobis aptemus clypeos. Liui. libro. ij. Ipſe en ille noſtris decoratus inſignibꝰ magnifice incedit. Sal. Cũ facibus atq; alijs imperij inſignibus ad Manlium in caſtra tẽdit. Mos enim fuit antiquorum vt bene meritis inſignia tribuerent magiſtratuũ. Vnde ſcribit Tacitus decreta fuiſſe narciſo queſtoria inſignia a Claudio Ceſare. Ab eodẽ inſignia ꝓture Criſpino decreta fuerũt. Et non ſolum ſunt ſigna ⁊ ornamẽta ob virtutẽ adepta. Vnde inſignia laudis ⁊ inſignia glorie dicimꝰ: vt Cice. Appio. Inſignia enĩ virtutis multi etiam ſine virtute aſſecuti ſunt. Aug. lib. viij. con. Qui etiã ob inſigne preclari magiſterij ſtatuam in foro romano meruerat. Verum etiã quicquid aliq̃d oſtendit inſigne dr. Amb. Deſpõſata ne temerate virginitatis adureret̃ infamia: cui grauis aluus corruptele videret̃ inſigne ꝓferre.

Inſignio is. iui. itum. ſignis noto ſeu diſtinguo vt apud Claudianum libro. j. Hic elementoꝝ ſeriem: ſedeſq; paternas inſignibat. Cice. lib. iiij. Ad heren. Si quã rem deformabimus turpẽ: aut cruentã: aut ceno oblitam: aut rubrica delibutam iudicemus quo magis inſignita ſit forma.

Inſignite pen. pro. aduerbiũ ſignificat cũ note indicio. Cice. Nec improbũ notari aut vituperari inſignite poſſet. Inſigniter etiã aduerbiũ ſignificat ſumme clare: aperte. Apul. Homo inſigniter malus.

Inſimulo as pe. cor. accuſo: crimẽ ingero. Cic. Treba. Hic tu me etiã inſimulas nec ſatiſfactionem accipis. Jungit̃ etiã q̃nq; gtõ. Teren. in Phor. Si herũ inſimulabis auaricie male audies. Vñ inſimulatio q̃ vt inquit Do. eſt falſi vel veri criminis incuſatio. Eſt et inſimulare fingere. Cice. lib. iij. offi. Solus neglexit fidẽ: furere inſimulauit: ne coiret inſtitit.

Inſinuo as. Vide in dictione Sinuo.

Inſiſto is. quaſi firmo. Virgili. libro. xi. Atq; pedum primis infans veſtigia plantis Inſtiterat iaculo palmas armauit acuto. Et inſiſtere ẽ operã dare. Hier. in prolo. Tob. Sed melius eſſe iudicãs phariſeorũ diſplicere iudicio: et epiſcoporũ iuſſionibꝰ deſeruire inſtiti vt potui. Itẽ ſolicitare vrgere. Pli. Frequẽſq; vt id ageret inſiſtebat. Cice. ad Heren. aliter. Nunc identidẽ noſmetipſi nobis inſiſtemus: res enĩ cõis agit̃: id eſt vim faciemus.

Inſilio is. penulti. cor. inſilui inſiliui vl' inſilij inſultum. Vnde inſulto ſignificat intro aut ſurſum ſalto. Sta. libr. ix. the. Inſiliere vadis magnoq; fragore ſolutꝰ Agger. Luce. libro tertio. Inſiluitq; ſolo nociturus pondere puppi.

Inſolens penulti. cor. ex in ⁊ ſolens ſiue ab inſoleo licet nuſq; legatur: et ſignificat inſuetum et inſolitum: vnde inſolentia. Cic. pro Deiota. Moueor ⁊ inſolẽtia loci. Sal. Inſolens vera audiẽdi. Gel. lib. j. Atq; id qđ a C. Ceſare excellentis ingenij ac prudentie viro in primo de anali. ſcriptum eſt. Habe ſemper in memoria atq; in pectore vt tanq; ſcopulũ fugias inauditum atq; inſolẽs verbum. Per tranſlationẽ ponit̃ pro ſuperbo et arrogante qui preter legem agit humanã atq; naturalẽ. Et quem audacẽ vel ꝓſumptuoſum dicere ſolemus. Quod eſt cũ quis audet facere vel dicere quod ipſe non ſolet: vel qđ ab alijs modeſtis viris fieri aut dici non ſolet. Cice. pro Marcel. Et victoria q̃ ſui natura inſolens eſt. Inde inſolentia arrogantia: inſolenter: arroganter.

Inſolum veteres pro inſolitum dixerũt. Afra. Orbitatem ſenectuti tue malum metui: qđ inſolum non venit ceco ac dementi.

Inſolitus nõ ſuetus. Aliq̃n ꝓter ſolitũ. Gel. Intẽpeſtiue ac inſolite diſſerebat.

Inſolo as. penultima producta: ad ſolem ſicco. Vnde inſolatꝰ in ſole ſeu ad ſolẽ ſiccatus: vel penitus tactꝰ aut calefactus. Col. lib. v. Sup̲ hoc materie que fructum habent: melius conualeſcunt ⁊ vue cõmodius inſolate precoquũtur. Inſolare quoq; puelle crines dicunt̃ dum faciẽ tecte paſſos ad ſolem tenent candicandi gratia. Et ipſe crines inſolati dicuntur. Plini. Cerã vinaceo crate ſub dio ſiccant ſole lunaq;. Hoc enĩ candorem facit: ſi ſic ſiccatur. Et ne liquefaciant protegunt tenui linteo. Candidiſſima vero fit poſt inſolationem humi recocta.

Inſomnia e. vigilia: Inſomnium: phantaſma. Vide in dictione Somnus.

In ſpem venio: ſperare incipio. Cice. lib. ij. de ora. Nõ nullã in ſpem venerã poſſe me aliq̃d ex iſtis diſcere.

Inſpicio cis. penul. cor. intus ſpicio ſeu valde intueor. Terẽ. in Adel. Deniq; inſpicere tanq; in ſpeculũ vitas hoim iubeo: atq; ab alijs exẽplũ ſumere ſibi.

Inſpecto as. continue ſeu attente intueor. Gel. libro. j. Ibidem in ſtadio inſpectante populo in oſculis atq; in manibꝰ filiorũ animã efflauit. Vñ et inſpectare ꝓ cuſtodire ponit̃. Sueto. in Ceſa. Sũt qui putẽt confiſum eum nouiſſimo illo ſenatuſcõſulto ac iureiurãdo etiam cuſtodias hiſpanorũ cum gladijs inſpectãtium ſe remouiſſe.

Inſpectius aduerbiũ ſignificat minus incõſiderate.

Inſpicio as. pe. pro. in modũ ſpice vel ſpici acuo. Vir. lib. j. geo. Ferroq; faces inſpicat acuto. Ser. Acuto ferro incidit ad ſpeciẽ ⁊ imaginẽ ariſtarũ.

Inſpiro as. pe. pro. ſignificat diuino quodam ſpiritu in mẽtẽ inijcio. Vñ dicimꝰ ſãctos dei hoies inſpiratos fuiſſe locutos. Et inſpirare intus ſpirare: hoc eſt ſpm̃ ſeu vẽtũ infundere. Col. li. j. Sʒ granaria ſcalis adeant̃: et modicis feneſtellis aquilonibꝰ inſpirent̃.

Inſtar indeclinabile licet ꝓbus inſtaris genitiuũ dixerit. Quod ⁊ ſine prepoſitione ⁊ cum prepoſitiõe inuenitur. Et modo ſignificat adequiparationẽ. Colu. lib. iij. Vineam nouellã gemmas agere ſinito: ſimul ꝙ atq; pampinus inſtar quattuor digitorũ erit: tum demum pampinato. Modo ad mẽſurã: vt apud eundem. lib. j. In campo rarius: in colle ſpiſſius acerui ſtercoris inſtar quinq; modiorũ diſponent̃. Modo ad ſimilitudinẽ: vt illud Cice. accipi poteſt. Amaui autẽ que fiunt nõ vici: ſed vrbis inſtar. Et in Piſonẽ.

Unus ille dies mihi quidē immortalitat⁹ inſtar fuit cū ſenatū egreſſum vidi populū romanum vniuerſū. Sueto in Ceſa. Cuius etiā.ſ.equi inſtar pro ede Ueneris genitricis poſtea dedicauit.i. effigiē cōſimilē. Solinus cū ꝓpoſitione. Meſopotamiā opimat annue inundationis exceſſibus ad inſtar amnis egyptij terris ſuperfuſus inuecta ſoli fecunditate. Similiter Hiero.in Job.Et gaudiū hypocrite ad inſtar pūcti. Idē in Joſue. Steterūtq̧ aque deſcendentes in vno loco ⁊ ad inſtar montis intumeſcentes apparebant ꝓcul ab vrbe. Aug. Et ideo hodie vt vitale lauacrū reſurgens dei populus ad inſtar reſurrectiōis eccleſiam noſtrā ſplendore niueo illuminat.

Inſtauro as.non ab inſtar deſcēdit: vt quidā putauere: ſed compoſitum eſt ab in ⁊ ſtauro. Unde ⁊ Reſtauro. Nā integro qđ inſtauro ſimile eſt in ſignificatiōe cōpoſitum quidē eſt:qꝛ ategro habeť.Et vnde compoſitū ē Ategro:inde ⁊ integro. Uñ cōtamino: inde et attamino:et multa huiuſmodi. Sic vnde inſtauro vñ ⁊ reſtauro quorum ſimplicia cum non ſint in vſu cōpoſita habēt:ꝙ prepoſitiones cum quibus iūguntur aperte declarant. Preterea cū integrare idem ſit quod inſtaurare: nimirū inſtaurare integrare eſt. In quo quātū ad inſtar diſtet aīaduertere licet. Terē.in An. Amātiū ire amor⁹ integratio ē. Ubi Do. Integratio inſtauratio. Integrare ꝟo vt inq̄t Feſtus eſt in ſtatum redigere non ad ſimilitudinem prioris ſtatus dixit:ſed ſimpliciter in ſtatū redigere vtcunq̧ ſit ſtatus. Similiter inſtaurare dicem⁹ in ſtatū redigere nō ad ſimilitudinē prioris ſtatus facere. Uñ Uirg⁹. per tranſlationem dixit. Inſtaurati animi regijs ſuccurrere tectis.i.quaſi recreati:ſiue validi facti. Sup quod Ser. ait. Hinc oſtēdiť eos ſuperius defeciſſe: ⁊ non dicit ad ſimilitudienm antiquam conualuiſſe. Et raro euenit vt euerſa edificia ad ſimilitudinē priſtinam inſtaurētur. Liui.li.iiij. Nā phaliſci perpelli ad inſtaurandū bellum romanorum:neq̧ ſocioꝝ precibus potuere Inſtaurandū nō ad ſimilitudinē priſtini gerendū ſed integrandū ⁊ denuo inferēdū. Sic Cice.de ꝓuincijs cōſularibus in Piſonē et Galbinium. Bellum affectum videmus et vere vt ita dicam cōfectū periculū ſit ne inſtauratas maxime belli reliquias ac renouatas audiamus. Uirg.lib.iij. Ergo inſtauramus Polydoro funus.i.integram⁹ ſupplem⁹ ⁊ facimus funus: qđ fieri ꝓ loco ⁊ tēpore ꝯdecebat. Idem lib. vij. Certatim inſtaurant epulas .i.denuo imponūt. Cū ergo inſtauro nihil in ſignificato cōueniat cum inſtar:nullo pacto ab inſtar formari dicēdū eſt preſertim cum nec ad analogiam pertineat: ꝙ inſtauro nō iſtauro facere deberet. Reſtauro aūt q̄uis pene aboluerit ⁊ ꝓ eo iſtauro ſepe poſitū ſit. Lac.li. vij. Uſus ē ꝓ reduco ſeu reformo renouo reficio ⁊c. Uerū ille cū deleuerit iniuſticiā iudiciūq̧ maximum fecerit:ac iuſtos qui a ꝑncipio fuerūt ad vitā reſtaurauerit:mille annis inter hoīes verſabiť. Nō em̄ ad antiquā ſimilitudinē reformauerit intelligendū:cum longe elegantiori forma ſint iuſtorū corpora reficienda q̄ ea que prius habuerant.

Inſterno: ſuper ſterno:operio:extendo. Unde inſtrata equoꝝ ornamēta dicunť. Et inſtratus lectus dꝛ veſte ſtragula excultus. Ulpi. Inſtratū ſignificat omnem veſtem ſtragulā inſternendi cauſa paratā.

Inſtigo as.penulti.pro.ex in ⁊ ſtigo componi videť: vt ſit ſtigo ſtimulo:et inſtigo inſtimulo: et tā in bonū q̄ in malū ſumiť. Hiero.de diuo Luca. Obijt plenus ſpūſctō q̄ inſtigāte in achaie partib⁹ grecis fidelibus dñi incarnationē fideli narratione oſtendit. Hoc mō cōponunť Caſtigo quaſi ad id qđ caſtum eſt ſtimulo. Fuſtigo fuſte ſtimulo vel ferio.

Inſtingo is.xi.ctum.intus cōmoueo. Lactā.li.vj. Ego vero eos qui vera imprudētes loquunť ſic habēdos puto tanq̄ diuinent ſpiritu aliq̄ inſtincti. Uale.max. lib.j. Samij.prienenſibus auxilium aduerſus caras implorantibus:arrogantia inſtincti ꝓ claſſe ⁊ exercitu lenibulā eis deriſus gratia miſerūt. Hinc Inſtinctus us.ipa cōmotio. Unde dicim⁹ aliquid ſpiritusſancti inſtinctu factū eſſe.

Inſtita penulti.correpta:tenuis faſciola inquit Acron: que ſtole imā partē ambit. Hora. Nil mediū eſt ſunt qui nolunt tetigiſſe niſi illas quarū ſubſuta talos tegit inſtita veſte:contra alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem. Ouiđ.in arte. Eſte procul vitte tenues inſigne pudoris. Queq̧ tegis medios:inſtita longa pedes: vnde ⁊ in Euāgelio legim⁹ de Laçaro ꝙ erat ligatus inſtitis.i.faſcijs.

Inſtitor penulti.correpta:negociator:ex eo dictus ē: vt Ulp.inquit:ꝙ negocio gerendo inſtet:nec multū refert taberne ſit prepoſitus:an cuilibet alij negociationi:cum interdū etiā ad hoīes honeſtos afferat merces: ⁊ ibi vendat. Hier.ſup lib.ꝓuer. Inſtitor negociator q̄ ab eo ſic diciť:ꝙ ꝓ acquirendis multipicandiſq̧ mercibus ſedulus inſiſtat. Idē ꝯtra Joui. An⁹ ⁊ aurifices ⁊ hariolos: ⁊ inſtitores gēmarū:ſericarūq̧ veſtiū ſi intromiſeris:periculū pudicicie eſt. Poete fere ſemꝑ accipiunt inſtitorē pro eo q̄ venditor eſt mercium delicatarū:cui veſtiarij ⁊ linthearij dant veſtē circūferendā:et diſtrahendā:quē vulgo Circitorē appellam⁹. Ouiđ. Inſtitor ad dominā veniet diſcinctus emacē. Plautus Ancillā ꝓ dña negociantem inſtitricē vocat. Uergiliarū q̄q̧ ſydus Inſtitor veſtiū dꝛ:ꝙ mēſe nouembri cum earū occaſus eſt ex hoc ſydere coniecturā faciūt hyemis. Nā ſi nubilus fuerit earū occaſus: pluuioſam hyemē denunciat. Ideoq̧ negociatores ſtatim augēt lacernarū ꝑcia quib⁹ pluuio tꝑe vtimur. Si ꝟo ſereno tꝑe occiderint: aſperitas hyemis denunciatur. Jccirco reliquarū veſtium ꝑcia accedunt.

Inſtitorius a. um. quod ad inſtitorem ꝑtinet: vt ars inſtitoria. Hiero con. Heluidiū. Que inſtitorias exercet artes:neſcio an corpore qđ ſcio ſpiritu virgo non permanet. Inſtitoria actio diciť qua domin⁹ inſtitorem cōuenit:vel ꝑ inſtitorē cōueniť. Nā ſi libitinari⁹ polinctorē habuerit: iſq̧ mortuū ſpoliauerit dandū in eū inſtitoriā actionē:q̄uis furti ⁊ iniuriarum actio cōpeteret:ait Jureconſultus.

Inſtituo ex in ⁊ ſtatuo:ſignificat decerno. Apul. Solō aut Lycurg⁹ inſtituit. Hinc inſtituta ⁊ inſtitutiones. Aliquādo incipio. Plini. Priuſq̧ id opus inſtituerem. Aliquādo doceo:inſtruo. Sunt em̄ non modo litteris:ſed etiā bonis moribus inſtruendi adoleſcentes. Quod ⁊ de malis diciť. Juue. Inſtituitq̧ rudes melior locuſta ꝓpinquas.i.docet eas veneficia. Aliq̄n ordino. Et ꝓprie de ludis: de oratiōib⁹:et de moribus hoīm dꝛ. Teren. Optime vitā inſtituit. Sal. Ea familia ortū ita ſe ab adoleſcentia ⁊ vitā inſtituit ſe vt oīa bona in ſpe haberent.

Inſtitutū bonum morem conſilio et ratione ſumptum ſignificat:et domeſticā diſciplinā: q̄ litteris nō mandātur ſed obſeruanť cōi opinione bonoꝝ viroꝝ per quādā ꝯſuetudinē. Quint. Nam is q̄q̄ nutricibus trienniū dederit: tñ iam tū formari optimis inſtitutē mentē infantiū iudicat. Uñ de inſtitutis apud Ual. max.j.de morib⁹. Aliq̄n dꝛ ꝓpoſitū inceptū: vt faciā ꝓ meo inſtituto. Plini. Hec ſūt rerū ꝑncipia ⁊ inſtituta nature. Aliq̄n diciť decretum et ſanctio: Unde Juſtinian⁹ opus ſuū inſtituta inſcripſit: ſed barbare: qꝛ dicuntur inſtitutiōes: ⁊ ita indocilis fuit: vt analphabetus diceret teſte Suida.

Inſtitutiōes ſunt ꝓcepta quibus inſtituunť hoīes atq̧ docenť: vt libri a Quintil. de inſtitutiōe editi. Q̄ñq̧

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſtitutio vocaꝫ ipſa inſtructio.

Inſto as: quādo datiuo iūgiꝫ: ſignificat inſtantiā ⁊ vim quādā facio: ſollicito. Cic. ꝓ Quintio. Verū qm̄ tibi inſtat Hortēſius: ⁊ eas in cōſiliū a me poſtulat ne dicendo tēpus abſumā. Interdū incūbo. Virg. Talis erat dido talem ſe leta ferebat: Per medios inſtans operi: regniſq; futuris. Idē in buco. ſine caſu poſuit. Deſine plura puer: et quod nunc inſtat agamus. Interdū inſectationē facio: quod vernacula lingua dicimus: dar la caça. Liui. lib. j. Ita incurriſſe a laterib⁹ ferūt: vt non ſiſterent modo ſabinas legiones ferociter inſtantes cedentibus: ſed ſubito in fugā auerterent. Qn̄ vero actm̄ habet: ſignificat vrgeo: et quaſi cōtra ſto. Plau. in Cur. Si magis me inſtabunt ad ꝑtorē ſufferā. Itē ſuperſto. Idē in aſi. Rectam inſtas viā ea res eſt. i. ingreſſus es ſiue obtines: ſtaſ ve ſup rectā viam. Et in hymno. Sed premiū mortis ſacre perēnis inſtet gloria. Inueniꝫ etiā ſine aliquo prędicto ꝑ caſuū: licet poſſit intelligi. Sal. Veterani ſalutę priſtinę memores cominus acriter inſtare: illi haud timidi reſiſtunt. Inſtare pro inſtabāt: quaſi cōtra ſtabant. i. pugnabant. Terē. in An. Ego ſedulo negare factum: ille inſtat factū: id eſt contendit factum. Aliquādo inſequor: aduento. Saluſt. Optimū factu ratus noctē quę inſtabat ante capere: ne quid eo ſpatio nouareꝫ. i. proxima erat vel ſequebatur. Cęſar lib. j. Cęſar vbi ſe diutius duci intellexit ⁊ diē inſtare quo die frumētū militibus metiri oporteret. Hui⁹ verbi frequentatiuū eſt Inſtito.

Inſtito as penul. cor. ſępe cōtra ſto: pugno. Cęſar. lib. j. Id cōſpicati heluecij q̇ in mōtē ſeſe receperāt rurſus inſtitare ⁊ preliū redintegrare ceperūt.

Inſtans nomen ſubſtantiuū: diciꝫ minimū tēporis momentū qđ imminet ⁊ ꝑſens eſt. Vn̄ etiā apud Dialecticos tēpus inſtās dr̄ qđ eſt ꝑſens. Cice. lib. iiij. tuſ. Quę em̄ veniētia metuunꝫ eadē efficiunt egritudinē inſtantia. i. ꝑſentia vrgentiaq;.

Inſtantia: ſedulitas. Hiero. Mirari nō deſino ex actionis veſtre inſtantiā. Exigitis em̄ vt librum chaldeo ſermone conſcriptū ad latinū traham.

Inſtanter aduerbiū ſignificat ſedulo.

Inſtruo is. xi. ctum. ordino: ⁊ tam de malis q̄ de bonis intelligi poteſt. Virg. Dolis inſtruct⁹ ⁊ arte pelaſga Similiter dr̄ de acie: de claſſe: de cauſa: ac etiā de mēte alicui⁹. Plaut. in Am. Nos nr̄as more nr̄o ⁊ mō inſtruximus legiōes. Lact. li. j. Quod malū a grecis ortū eſt: quorꝫ leuitas inſtructa dicēdi facultate et copia incredibile eſt quātas mendaciorū nebulas excitauerit. Idem lib. iij. Apparet falſam ⁊ inanem eſſe omnem phiam: q: nec inſtruit ad iuſticię munera: nec officiū hois rōnemq; ꝯſumat. Col. li. v. Nōnulli ſtrenue fabricant nauigia: nec ꝯſumata perinde inſtruūt armamentis miniſtriſq;. i. armant vel muniūt. Gel. lib. j. Verba Lelij hęc ſūt q̄bus hedū q̇ ad epulas fuit alligatus dimiſſum cenamq; ita vt lex ſanxiſſet pomis holeribuſq; inſtructā. i. paratā. Hiero. ad Ruſ. Quaſi doctus nauta rudem conor inſtituere vectorem: id eſt docere.

Inſtrumētum: ab inſtruo fit: cuius nomine ſignificatur om̄e illud quo quis ad operandū vtiꝫ. Sic dicimus arma inſtrumēta belli eſſe. Ligones: marras: ſarcula inſtrumēta agricolatiōis. Et inſtrumentū dr̄ id q̊ q̄s doceꝫ. Vn̄ dicim⁹ inſtrumentū vetus: et inſtrumētū nouum ꝓ lege veteri: et lege noua. Ex his em̄ homo inſtruiꝫ quid agere aut vitare debeat. Aliqn̄ ſumiꝫ pro apparatu quo fundus: taberna: et id genus alia inſtruunꝫ. Sue. de Aug. Et Alexandria capta nihil ſibi ꝑter murinū calicē ex inſtrumento regio retinuerit. Sic apud Iureconſultos titulus eſt de fundo inſtructo ⁊ inſtrumento legato. Aliqn̄ inſtrumēti noie intelligiꝫ monumētū ſcripturarū ad res geſtas pertinentiū: quale ferme eſt repertoriū: qđ vulgo inuentariū appellaꝫ. Sueto. in Veſpa. Vndiq; inueſtigatis exēplaribus inſtrumentorū imperij: pulcherrimū ac vetuſtiſſimū confecit.

Inſucco as. imbuo: ſeu inficio: q̄ſi in ſucco balneo. Col. lib. viij. Fracta pecudum non aliter q̄ hominū crura ſananꝫ inuoluta lanis: oleo atq; vino inſuccatis atq; mox circūdatis ferulis colligata.

Inſueſco is. Vide in dictione ſueſco.

Inſula penul. cor. diciꝫ terra quę vndiq; aquis claudiꝫ ꝓprie autem in mari. Vnde quidā a ſalo appellatas inſulas volunt: ꝙ in ſalo: id eſt in mari ſite ſint. Hinc Peninſula: q̄ q̄ſi inſula ē: et vndiq; fere aquis clauſa tantū anguſta q̄ dr̄ Iſthmos ⁊ cōtinenti annectitur. Mediamnis vocaꝫ quā amnis circuit. Inſulę etiā dicunꝫ domus in vrbe ab alijs ſeparate: et vicos vndiq; habentes: ꝙ ſicut inſulę ſunt in mari loco vndiq; ambita vndis diſcreta a cōtinenti: ita domus nullis connexis ędificijs coherētibus inſulę nominātur. Vnde Sparcian⁹ ſcribit trecētas. xxxv. inſulas olim Romę incendio abſumptas fuiſſe. Vlpi. tit. de ver. ob. Plane ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit: non eſt expectandū vt inſula ruat.

Inſulatus a. um. qđ factū eſt i inſula. Aug⁹. li. iiij. de ci. dei. Illas etiā q̄ prius fuerant ꝯtinentes hoſpitibus atq; aduenis fluctib⁹ inſulatas aliaſq; deſidia maris peruias factas ac ꝓcellis euerſas eſſe ciuitates.

Inſularis et hoc inſulare qđ eſt inſulę. Pli. Qui p̄mus inſularē morbū in vrbē inuexit.

Inſularius a. um. poniꝫ pro vili. Vn̄ iuriſconſulti viles ſeruos inſularios appellant: qui ſine ciuitate ſunt in opus publicū ꝑpetuo dati ⁊ in inſulā deportati ſiue in inſulas ad effodienda metalla demandanꝫ.

Inſulto as. frequentatiuū ab Inſilio: ex in ⁊ ſalto compoſitū eſt: a in u mutata. Et conſtruiꝫ cū dtō: et aliqn̄ cū actō: et mō ꝓ inſilio poniꝫ. Virg. Inſultare ſolo et greſſus glomerare ſuperbos. Modo ꝓ irrideo ⁊ ꝯtumelioſius in aliqē aliquid dico: vl̄ facio. Salu. Multos tn̄ ab adoleſcētia bonos inſultauit. Terē. in Eu. Ne tu iſtas faxo calcibus inſultabis fruſtra. Sueto. ſcribit cęſarem dixiſſe ſe inſultaturū capitib⁹ aduerſariorum.

Inſultura pro inſultatione. Plau. Nam ego iſtā inſulturā ⁊ deſulturā nihil hic moror.

Inſum: in aliqua re ſum. Lactan. lib. ij. Ineſt ergo ſyderib⁹ ratio ad peragendos meatus ſuos apta: ſed dei eſt illa ratio.

Inſummo as. finio. Auguſti. Om̄is opera inſummata eſt: dolor remanſit. Inſumo is. penul. ꝓducta conſumo. Hiero. ad Pāma. Deliciarū quandā ſupellectilem virtus inſumit.

Inſuper pe. cor. ſignificat pręter ea: a quo fit deinſuper.

Inſuſurro as. Macro. lib. ij. ſatur. Valedicēti hoc tm̄ inſuſurrauit. Non putabā me tibi tm̄ familiarē.

Inſubres: populi Ciſalpinę gallię: cui⁹ ciuitates ſunt: Mediolanū: Papia: Lauda: Nouaria: Vercellę: ⁊ Comum.

Integer a. um. peuulti. cor. ſi de ętate diciꝫ: intelligitur ea q̄ in flore conſiſtit. ſ. iuuētute in qua robur viuidū ⁊ ſanguis adhuc integer ē: qui ętate in ſeniū vergēte minuiꝫ. Terē. in An. Egregia forma: ętate integra. Integra res q̄ eſt perfecta: de qua nihil eſt imminutū vt integrū corpus cui nihil deeſt. Integer vir qui eſt caſtus: ⁊ qui omni virtute ꝑditus eſt. Hinc fit aduerbiū Abintegro: quod ſignificat rurſus: quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

Integrū mihi eſt: ſignificat vtile eſt. Nam illa res diciꝫ integra q̄ intacta: et nondū tacta eſt. Rurſus integrū eſt: ſignificat in arbitrio eſt ⁊ poteſtate. Cice. lib. iij.

de oꝛa. Sed qm̄ hec iā neqꝫ in integro eſſe pn̄t.

Integro as.pe.coꝛ.pficio: ꝓprie tn̄ ſignificat rurſus inchoo/inſtauro/ſiue innouo. Virgil. Ramoqꝫ ſedēs miſerabile carmē integrat. Liu.lib.v. Sil' vt ab religione aīos remiſerūt: integrant ſeditionē tribuniplebis. Ab hoc fit Deintegro ⁊ redintegro.

Integraſco is.idē qđ integroꝛ. Teren. Hoc malū integraſcit: vbi Do. Integraſcit.i.integrat'.

Intelligo is.penul'.pduc.ex inter et lego: quaſi in interioꝛibus lego. Unde intelligētia. Cice.lib.iij.off. Explica atqꝫ excute intelligētiā tuā: vt videas q̄ ſit i eis ſpecies ⁊ notio boni viri. Huiꝰ cōpoſitū eſt ſubintelligo: qđ eſt mediocriter intelligo. Hiero.ad Exuper. Hoc autē dico/nō ꝙ te auaꝝ didicerim/ſed ſubintelligā iccirco adhuc militię operā dare: vt impleas ſacculū quē euacuare dn̄s pręcepit.

In tempoꝛe ſignificat opoꝛtune. Salu. Maxime ferocia regis Mitridatis in tēpoꝛe bellaturi. Ter.i An. Ueni in tempoꝛe.

Intēpeſta nox dicit' obſcuriſſima: tacita ac ſilēs: vt eſt fere media nox: ꝙ careat tēpeſtatibus ⁊ tumultu/cū tēpus agēdi eſt nullū: quod alij concubiū dicunt/ꝙ fere tunc oēs cubēt. Cice.in Uer. Affert' nocte intēpeſta grauis huiuſce mali nuncius.

Intēpeſtiuus a.um.quod pręter tempus fit. Boe. Intēpeſtiui fundunt' vertice cani. Gel'. Intempeſtiue atqꝫ inſolite diſſerebat.

Intēdo is.ſignificat extēdo: tractū a venatoꝛibus qui retia intendūt ad captādas feras/vel a ſagittarijs. Ci. de ſuppli. Tabernacula carbaſeis intenta vel' collocabāt. Idē in Cato. Intentū animū tāqꝫ arcū habebat: nec languens ſuccumbebat ſenectuti. Et intēdere eſt animaduertere/diligēterqꝫ intueri. Virg'. Intēti expectāt ſignū. Itē dirigere. Sal'. in Iugur. In regnū Atherbalis animū intēdit. Item innectere: illigare. Vir. Et ſtupea vincula collo intēdūt. Cic.i Hoꝛtē. ꝓ trāſlationē dixit. Quęro nō quibus intēdā rebꝰ animū/ſed quibꝰ relaxē. Itē cōtra conari/cōtēdere omni conatu. Ci.lib.ij. Tuſ. Quid q̄ volūt exclamare maius: num ſatis habēt latera/fauces/linguā intēdere: e quibus elici vocē et fundi videmus.

Intentus a.um. ⁊ participiū ⁊ nomē eſſe poteſt: vn̄ intētioꝛ ⁊ intentiſſimus.

Intētio nō accipit' ꝓ volūtate aut ꝓpoſito/ſed ꝓ actu q̄ dirigit' ⁊ exercet'/ſeu ſit a volūtate hoīs: vt ſit intētio volūtatis ſeu ꝓpoſiti opatio: quę moꝛe arcꝰ aut choꝛdaꝝ cū tendunt' aliqn̄ recte/aliqn̄ magis/aliqn̄ minꝰ q̄ opoꝛtet ſe exercet.

Intēto as.ab intendo: ſignificat minoꝛ. Virg'. Pręſentēqꝫ viris intentāt oīa moꝛtē.

Intentatus: inexpertus: ab intentoꝛ taris. Cice.in Lel'. Nemo eſt qui nō quocū conſueuit libentius vtat'/q̄ intentato et nouo.

Inter ꝓpoſitio eſt/ab in deducta: quę ſepatur ⁊ cōponitur. Separata ſignificat μεταξυ. Gel'. Inter os et offā multa interuenire poſſunt. Aliqn̄ in medio quorundā: vt Inter reges/inter vicinos. Aliquādo in eū locū: vbi Cice. Dico te pꝛioꝛe nocte veniſſe inter falcarios: id eſt illuc vbi ſunt falcarij. Aliqn̄ pꝛopter ſeu poſt. Virg'. Nūc interfluuio tyberinus amęno. Cōpoſita ꝓ modo ſignificat de medio: aut e medio: vt intercipio. Modo totū: vt interbibo. Modo facti pꝛiuationē ſiue deſtructionē: vt interficio/interimo. Et in hac ſignificatione multitudinē totā ſimul pemptā: ſiue in totū ſimul cōplectit': vt interneco. Nō ſignificat maxime: vt interdico/interminoꝛ. Cōponit' autē fere cū omībꝰ litteris ⁊ integra manet. A. vt int'areſco. B. vt interbibo. C. vt intercedo. D. vt interdico. E. vt int'eo. F. vt interficio. I. vt interiaceo. L. vt interlino. Notetur intelligo: vbi r. mutat' il. M. vt interminoꝛ. N. vt interneco. P. vt interpello. R. vt interregnū. S. vt interſū. T. vt interturbo. V. vt interuenio. Ab inter fiunt interea ⁊ interim.

Interaneus a.um.ab intra fit: ſicut extraneus ab extra: ⁊ ſignificat inteſtinū. Pli. Medelę ſunt inumerę ad interanea. Col'. lib.x. Quidā exempt' interaneis occiſas vel intus includūt q̄ tpe hiberno pluuijs deliteſcētibus apibus prębent tepoꝛē.

Interareſcere eſt penitus areſcere: hoc eſt aridū fieri/et languens/ſicut interbibere.

Interraſile pe.coꝛre. quod eſt interpolatū celatura ſeu ſculptura et plano. Planū eīm inter celaturas quaſi raſum videt'. Hiero.in Exo. Et ipſi labio coronā interraſilē altā quattuoꝛ digitis.

Interamna: vꝛbs vmbꝛię: ꝙ int' duos amnes ſit cōſtituta.

Interbibo pe.coꝛ.totū bibo. Plau.in Aul'. Pręterea tibicinā q̄ mihi iterbibere ſola ſi vino ſcatet corinthienſem fontē ⁊ pyreneū poteſt.

Intercalo as.pe.coꝛ.interſero ſeu interuoco. Li.lib.ix. Ut intercalatę pęnę vſurā habeant. Un̄ intercalaris menſis dictus eſt quo inſerebant' dies qui deerāt ad cōplendū annū. Diuerſis quidē ratiōibus diuerſo tēpoꝛe. Is autem menſis erat febꝛuarius: qm̄ erat vltimus anni. Nō tamē intercalabant' in fine menſis: ſed poſt vigeſimū ⁊ tertiū. terminalibus iā peractis: deinde reliquos febꝛuarij dies qui erāt quinqꝫ poſt intercalationē: ſubiungebāt vetere religionis ſuę moꝛe: vt Febꝛuariū omino martius ſequeret'. Intercalares kalēdę dicunt' kalendę menſis intercalaris: id eſt febꝛuarij. Alij intelligūt kalēdas martias: non ꝙ eo menſe intercalerent' dies: ſed ꝙ eſſent ꝓximę diebus intercalatis: id eſt ꝙ ſtatim ſequerent' intercalationē quinqꝫ tm̄ diebus interpoſit'. Intercalares dies greci emboliſmos ſiue hypbolicos nomināt. Intercalaris verſus qui frequēter inter aliquos verſus interponit': vt eſt apud Virgil'. Incipe menalios mecū mea tybia verſus.

Intercalaris ⁊ hoc re: ſeu intercalarius.a.um. qđ interſerit'. Uide in dictione Intercalo: de qua modo.

Intercapedo pe.ꝓ.interſtitiū tempoꝛis: moꝛa in medio alicuiꝰ rei poſita: ſiue tēpus ꝺ medio eius captū: ⁊ diuiſio. Feſtꝰ. Intercapedo: tp̄s interceptū: cū.ſ.moꝛa eſt ad capiendū. Ci. filio Tiro. Itaqꝫ iā me nō pęnitebit intercapedinē ſcribēdi feciſſe.

Intercedo is.pe.pꝛo.ſſi.ſſum. Interueni conciliādi gratia: vt interceſſi apud regē ꝓ tua ſalute. Apul'. Dū ꝓ inope ac calamitoſo intercederē. Aliqn̄ intercedere ſignificat mediū eſſe: ſiue de loco/ſiue de tpe dicatur. Cęſar lib.j. Nō ſe hoſtē vereri/ſed anguſtias itiner' ⁊ magnitudinē ſiluarū: quę inter eos atqꝫ Areouiſtū intercederēt. Cice.lib.ij.de oꝛa. Uix annus interceſſerat. De verbis quoqꝫ dicit' quaſi i mediū opponere: vt Tribuni interceſſerunt: hoc eſt oppoſuerunt ſe: et rē impediuerūt/ꝯtradixerūt. Cęſar li.viij. Qđ ſi ad aricinos ſpectat: nihil intercedi quo minus Samniti pplo pacis belliqꝫ arbitriū ſit. Terē.in An. Si nulla ęgritudo huic gaudio interceſſerit. Dicimus etiā Intercedit mihi tecū amicicia. Intercedit tibi cū illo affinitas. Hoc eſt media eſt: quę me tibi/⁊ te illi cōciliat. Gel'. pꝛo inhibere ac coercere poſuit. Ne ſibi inquit intercedamꝰ: quo minꝰ ſuapte poteſtate vti liceat. Silr Sueto.in Cęſare. Cęterū Cecilio Metello tribunoplębis turbulētiſſimas leges aduerſus collegarū interceſſionē ferenti auctoꝛē ꝓpugnatoꝛemqꝫ ſe pertinaciſſime pręſtitit. Et ꝓprie interceſſio tribunoꝝ erat quibus ius fuit intercedendi: hoc eſt vetādi pꝛohibendiqꝫ. Nā vt Gel'. docet: Tribuniplębis antiqtus creati videntur: nō iuri dicendo/ſed interceſſionibus faciendis: vt iniuria quę coꝛā fieret arceretur: et vt vim fieri vetarent.

Intercido is.pe.pro.intercidi/interciſū:ex inter ⁊ cedo:
ae diph:in i.productā mutata:ſignificat in medio ſe/
co. Ceſar lib.ij. Ut ſi poſſent caſtellū cui preerat Ti/
turius quintus legatus expugnarēt/pontēq́ȝ interci/
derent. Hinc intercęſa hoſtia dicit̄ ⁊ porrecta. Ma/
cro.li.j. Satur. Interciſoꝝ dieꝝ quibuſdā horis fas
eſt/quibuſdam fas nō eſt. Intercęſa ⁊ porrecta fari li
cet. Quib⁹ verbis ſignificat̄ poſt immolatā hoſtiā/et
ipſius exta in arā focūq́ȝ porrecta/⁊ data i die interci
ſo fas eſſe pretori ius dicere ⁊ fari verba illa/do/dico
⁊ addico. Et ita dies interciſi ex parte feſti ſunt/et ex
parte ꝓfeſti ſunt. Cice.ad Atticū. Ne q̄d intercęſa et
porrecta (vt aiunt) oneris mihi addat̄ aut tpis. Ex q̄
dat̄ intelligi: vt tpe finito ſtatim redire poſſit ſine vl/
la ꝓrogatione: ſicut intercęſa ⁊ porrecta victima e ve
ſtigio pretor poterat ius dicere ⁊ fari.

Interciſi dies erāt deoꝝ hoīmq́ȝ cōmunes. Hi int̄ ſe nō
in alia diuidebant̄. Illoꝝ em̄ dierū q̄buſdā horis fas
erat: q̄buſdā fas nō erat ius dicere. Nā cū hoſtia ce/
debat̄: fari nefas erat: int̄cęſa ⁊ porrecta fari licebat.

Intercido is.pe.corre.a cado cōponit̄: ⁊ p̄teritū interci
di: ſupinū interciſū facit: ſignificatq́ȝ inter hec/ ſiue in
ter illa aut iſta: ſiue inter ea deficio ac pereo. Liu.li.
ij. Credo q̄ꝛ nulla geſta res inſignē fecerit cōſulatum
memoriā intercidiſſe. Gel/ Certe quidē maiore nunc
copia populi oppreſſa intercidiſſem. Pli.lib.xxxv. Si
ue extāt intercidere.

Intercino is.penul.corre.i medio cano. Hora.i epiſtol
ꝑ trāſlationē dixit. Ne q̄d medios intercinat actus.
Quod nō ꝓpoſito cōducat.

Intercipio is.pe.cor.de medio vel inter hec capio: vel
aliquē inter aliquid agēdū occupo. Plau.i Aſi. Tūc
ꝓtinus redimes me/ſi me hoſtes interceperint: id eſt
de medio alioꝝ: vel inter eaq̄ gerebant̄: vl̄ interim in
medio/ſiue dū irē/et ſimilia. Q̄nq́ȝ tn̄ ſignificare pōt
totū capio: ſicut exponit Do.illud Terē.in Eu. Qō
nos capere oportet hec intercipit.

Intercludo is.penult.produc.iter claudo: in quo n eu/
phonię cauſa interiectū eſt: cū ſit idem quod interſe/
pio. Uar. Sub terra q̄ habent frumentū i his quos
vocāt ſyros: ꝙ cū periculo introit̄ recēti apertiōe: ita
vt in quibuſdā ſit intercluſa aia. Pro impedio tn̄ ſu/
mit̄. Uirgil. Sepe illos aſpera pōti Intercluſit hy/
ems: ⁊ terruit auſter eūtes. Cice.ad Herē. Ut ille q̄
ad diē cōmeatus nō venit: ꝙ eū aquę intercluſiſſent.
Introcludo ꝟo eſt in interiorib⁹ claudo. Sene. Qui
domi introcluſus ociabatur.

Intercoluminiū: vide in dictione Columna.

Intercus cutis.pe.ꝓdu.morbus intra cutē exiſtēs. Q̄n
adiectiuū: ponit̄ ꝓ iteſtinis. Cato. Intercutib⁹ ſtupr̄
obſtinatis. Gel. Intercutib⁹ vitijs madētes.

Intercutaneus a.um.quod intra cutē eſt.

Interdico pe.ꝓ.maxime ꝓhibeo. Interdicit̄ aūt locus/
hō/res. Et conſtruit̄ cū abltō. Cice.i Cato. Male rē
gerētibus patrūs bonis interdici ſolet. Aliq̄n tn̄ res
quę prohibet̄/⁊ is cui fit ꝓhibitio in nominatiuo paſ
ſiue poni ſolet. Liu.libro.viij. Interdictūq́ȝ mare an
tiaci populo eſt. Metellus. Illi ꝟo om̄i iure atq́ȝ ho
neſtate iterdicti ſunt: ego neq́ȝ aqua neq́ȝ igni careo.
Cicero pro domo ſua. Ut. M. T. aqua et ignis in/
terdicat̄. Lactā. ꝟo lib.vj. cū abltō dixit. Nec tamen
quiſq́ȝ interdictū ſibi putet/aut cōmunione cū amicę
aut charitate cū ꝓximis. Sūt etiā qui ꝑ actm̄ ꝓferāt.
Sue.de Nero. Et cū interdixiſſet vſū ametbiſtini ac
tyrij coloris precluſit cunctos negociatores. Sene.
li.iij.de ira. Si iubes Ceſar: ſtatim illi domū meā in/
terdicā. Quod eſt contra Sipōtinū: qui negat poſſe
cōſtrui cum accuſatiuo. Sed frequentior vſus eſt vt
poſt datiuū iungat̄ ablatiu⁹. Significat tn̄ quādoq́ȝ
obſtare: ⁊ tūc dūtaxat cū datiuo cōſtruit̄. Ci.in Uer.
acti.iiij. Nemo noſtrum poſſet ędes ſuas/nemo fun/
dū/nemo bona patrię obtinere: ſi cū hęc a quopiā ve
ſtrū petita ſunt pater improbus: cui nemo interdice/
re poſſit: det quē velit iudicem.

Interdictum: participiū et nomen eſt. Nam interdicta
vt eſt nomē: ſunt formę ⁊ cōceptiones verborū: qui/
bus pretor aut iubebat aliq̄d fieri/aut ꝓhibebat: q̄d
tunc maxime faciebat cū de poſſeſſione inter aliquos
contendebatur.

Interdū: ex inter et dum: quod antiqui interduatim di/
cebant. Uirgil.libro.ij. Georg. Interdū aut hederę
pādunt veſtigia nigrę.

Interdiu aduerbiuȝ temporis: ſignificat per diem: cui
cōtrarium eſt noctu. Cato de re ruſt. Canes interdiu
clauſos eſſe oportet: vt noctu acriores et vigilantio/
res ſint. Pli.lib.xviij. Maluȝ patrēfamilias quiſq́ȝ
interdiu faceret quod noctu poſſet niſi in tempeſtate
cęli. Dicitur et interdius. Plautus in Muſ. Sed q̄d
hoc occluſa ianua eſt interdi⁹. Et in Aul. Neſcio pol
quę nūc hominē intemperie tenēt vel peruigilat no/
ctes totas: tum autem interdius quaſi claudus ſutor
domi ſedet totos dies.

Interea poteſt eſſe aduerbiū temporis ⁊ loci compoſi/
tū ex integris duobus: Inter et ea. Quod cū ſit neu/
trū plurale/debuit corripi. Sed q̄ꝛ factū eſt aduerbi/
um/ ꝓducit a: ſicut p̄terea/antea/poſtea. Poteſt tn̄ ⁊
ablatiu⁹ ſingularis intelligi: qui in cōpoſitione ſolet
hmōi inueniri: vt quapropter/q̄circa. Significat aūt
inter. Teren in Hecy. Quid interea. Do. Exultātis
⁊ geſtiētis audire. Interdum ſignificat tamē. Uirgl.
Nec nulla interea eſt inaratę gratia terrę.

Interea loci duę partes ſunt: quę cum cōiunctę vnā fece
rint/mutāt accentū. Interea loci inquit Terē. in Eu.
ad macellū vbi aduētamus.

Intereo is.interij: in totū morior/deſtruor.i. aia et cor/
pore. Lactā.lib.vij. Sed ⁊ genus om̄e impioꝝ radi/
cit⁹ interibit. Teren. Perij/interij. Hinc interitus ꝓ
morte: cū ſit ſeꝑatio quędā: ex eo dictus ꝙ erat medi/
us inter aiam ⁊ corpus. Cice.lib.j. Tuſ. Eſt em̄ inte/
ritus: quaſi diſceſſus ⁊ ſecretio ac direptio earū par/
tiū quę an̄ interitū iunctione aliqua tenebātur. Inte/
ritus ꝟo participiū reperit̄ in paſſiua ſignificatione:
vt exēplū Claudij demōſtrat. Pugna acriter cōmiſ/
ſa/⁊ multis vtrinq́ȝ interitis.

Intereſt componitur ex in et re et eſt: vt ſit quaſi i re eſt.
Unde mea intereſt: in re mea eſt: hoc eſt in mea vtili
tate. Ideoq́ȝ cōſtruit̄ cū his ablatiuis: mea/tua/ ſua/
noſtra/veſtra et cuia: ſiue ſit perſonale ſiue imperſo/
nale: cū in alijs nominibus genitiuo iungat̄: vt So/
cratis intereſt.i.i re ſocratis eſt. Interdū ſeꝑatim iū/
guntur. Liui⁹. Quid em̄ in re eſt aliud/ſi plebeiā pa
tricius duxerit: q̄d iuris tandē mutat: Plau. Si tuā
eſt quippiā in rē: id eſt ſi tua intereſt. Idē. Utrū veni
at necne: nihil i re eſt mea. Ponitur q̄nq́ȝ ſine aliquo
caſu. Plini⁹ lib.ix. Seri etiā radices illita fimo inter/
eſt. Sic dicimus. Intereſt vnde quis gaudeat.i. mul
tū facit/vel differētia eſt. Ual.max. Nihil intereſt an
humi/an ſublime putreſcā. Cice. genitiuū iunxit cum
ait: Permagni intereſt quo tēpore hec epiſtola tibi
reddita ſit. Similiter Li. Si nihil intereſt regis pe/
to vt dū dico vinculis liberet. Nā hęc nomia magni
parui/tāti/quāti: ⁊ aduerbia facile/multū/plus/pluri
mū/parū/paulū/pauxillulū/nihil/nūquid/aliq̄d/ ma/
gis/minus/maxime/minime: iungūtur cum his ver/
bis: intereſt et refert: vt minime intereſt/ minime re/
fert. Componit̄ etiā ex inter ⁊ eſt. Significatq́ȝ inter
dū p̄ſentē eſſe: et ſic conſtruit̄ cū datiuo. Uale. maxi.
Quo facilius laboribus ⁊ periculis intereſt. Inter/
dū in medio eſſe. Liuius de ſcdo bel.puni. Id mora/
ri victoriam rati/ ꝙ intereſſet amnis. Col. Arbores

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que intereũt ablaqueabunt. Interdum differentiam
importat: et cõſtruit cũ duobus accuſatiuis median/
te inter. Cicero. Inter hominem ⁊ beluam hoc maxi
me intereſt. Dicim⁹ q̃z. Sapiẽs itereſt a ſtulto et ſtul
to. Terẽ. Homini homo quid preſtat? Stulto intel/
ligẽs quid intereſt? Idẽ alio modo ꝓtulit in Adelp.
Hoc pater hoc dominus intereſt. Interdum impor
tat diſtantiã: et cõſtruitur cũ ablatiuo loci vbi incipit
diſtãtia/ vel aduerbia localia: vt Ex foro: ad pretori/
um interſunt viginti paſſus et decem milia interſunt
hinc illuc. Fit tñ melius per Diſto.

Interequito as. in medio equito. Ceſar lib. vj. Ordines
interequitans.

Interfemineũ Apul. appellat genitalia muliebria: eo ꝙ
inter femina ſint collocata. Femina ꝟo ſunt partes
femoꝝ interiores.

Interficio is. pe. corre. ſignificat facti priuationẽ. Cice.
Dolobelle abltõ iũxit. Eadẽ mlier viꝝ ⁊ filiũ eodẽ tẽ/
pore venenis clã datis vita interfecerat. Qđ etiã de
inaĩatis dicit. Virgi. Fer ſtabulis inimicũ ignẽ: atq̃
interfice meſſes: id eſt perde ⁊ crema.

Interfluo: per mediũ fluo. Pli. Flumine medium oppi
dum interfluẽte.

Interfundo: per mediũ fundo. Pli. lib. j. Idẽ oceanus
interfuſus intrat per tot maria: quib⁹ Aphricã/ Euro
pam/ Aſiam diſpertit.

Interiaceo es. pe. cor. vide in dictiõe Iaceo.

Interiacio cis. penul. corre. inter aliquid iacio/ interpo/
no/ intermitto/ intermiſceo. Aug⁹ libro. viij. Cõfeſſi.
Tunc interiecto aut digito/ aut neſcio quo alio ſigno
codicem clauſi. Col. libro. j. Ut ſi qua interiecta ſint
ſtramĩtis aut paleis ſpinarũ vel germinũ ſemina in/
tereãt. Liui⁹ libro. j. Aliaſq̃ interiectas collibus val
les. Idem ibi. Paucis interiectis diebus. Ceſar lib.
vij. Galli ĩter equites raros ſagittarios/ expeditoſq̃
leuis armature interiecerãt: qui ſuis cedẽtibus auxi/
lio ſuccurrerẽt. Hinc Interiectio pars orationis que
in oratione interponit. De qua Aug⁹ ſic loquit. In/
teriectio nõ pars oratiõis eſt/ ſed ſignum affectionis
erũpentis animi vocem. Et ſignificat aut leticiam/ vt
euax: aut amaritudinẽ/ vt heu. Ergo quot ſunt pertur
bati animi mot⁹/ tot voces reddũt: ⁊ vocant interie/
ctiones ꝙ interrũpãt orationem: vt illud. Hic inter
denſas corylos: vbi in mediũ orationis interiecta eſt
a littera.

Interijcio cis. penul. corre. idem quod interiacio. Var/
ro. Et inter ſingulas a preſepib⁹ interijcere lõgurios
qui eas diſcernãt.

Interibi pe. cor. ĩ medio ei⁹ loci. Gel. lib. ij. Cõſul interi/
bi dũ ea pugna ſe ĩ locos tutos ſubducit.

Interim penul. corre. aduerbiũ temporis: ſignificat in/
tra hoc tempus. Ponit ⁊ ꝓ aliquãdo. Quint. Pri/
ma barbariſmi acſoloeciſmi abſit feditas. Sed q: in
terim excuſant hec vitia: aut cõſuetudine/ aut aucto/
ritate/ aut vetuſtate: aut deniq̃ vicinitate ꝯtutũ acri/
ter ſe in illud tenue diſcrimẽ grammatic⁹ intẽdat. Ali
qñ ꝓ repẽte. Terẽ. ĩ Hecy. Primũ dies cõpluſculos
bene ꝯueniebat ſane inter eas: interim miris modis
odiſſe cepit Soſtratã. Do. Interim diſcretio eſt rei q̃
ad narrationem pertinet: vt apud Terẽ. in An. Inte
rim nõnunq̃ collachrymabat.

Interimo penul. corre. interficio. Plaut⁹ in Ciſ. Accur/
rite ne ſe interimat. Interdũ ponitur ꝓ priuo. Idem
ibi. Naz dudũ vt cõcurrimus Alcheſimarchus ne ſe
vita interimeret.

Interimẽtũ: vide ĩ dictiõe Detrimentũ.

Interiũgo: ſubſiſto. Tractũ a curru: cui⁹ rota interiecto
ſude iungit vt quieſcat. Var. Et cũ currere debeas:
bouillas interiũgere queris ad camenas.

Interlino is. penult. corre. in medio ſiue per mediũ ma
culo. Hiero. Quibus lamentis/ quo dolore/ quo ge
mitu te abeuntem proſecut⁹ ſim: iſte quoq̃ teſtes ſũt
quas cernis interlitas. Cice. pro Cluẽtio. Qui tabu/
las publicas municipijs vi corripuiſſe iudicat⁹ ſit qui
teſtamẽtũ interleuerit.

Interloquor pe. cor. in medio loq̃r/ ſiue loquẽdo impe/
dio. Terẽ. ĩ Heau. Siccine me interloq̃re? Qñq̃ ſi/
gnificat inter aliq̃d agẽdũ definio. Vñ iterlocutoria
ſentẽtia vocat: q̃ nõ definit cõtrouerſiã: ſed aliq̃d obi
ter ad cauſam pertinẽs decernit.

Interluceo es. p. ꝓ. ĩ medio luceo.

Interluco cas. pe. pro. a Lucus fit: vbi cũ ceditur/ lux in/
greditur. Pli. lib. xviij. Interlucatio arboribus pro/
deſt/ ſed oĩm annoꝝ trucidatio inutiliſſima. Eadẽ di/
cit Collucatio apud Catonem.

Interluo is. interfluo. Claud. lib. j. Trinacria quõdam
Italie ps vna fuit: ſed põtus ⁊ eſtus Mutauere ſitũ
rapuit ꝯfinia Nereus Victor: ⁊ abſciſſos iterluit eq̃
re mõtes. Aliqñ interluere lauare eſt. Cato de re ru
ſtica. Man⁹ interluito: poſtea vinũ ſumito.

Interluniũ dicit id ſpacium tpis in quo nec ampli⁹ luna
vet⁹ apparet: nec adhuc noua videt: q: radijs ſolarib⁹
operta ſit ſupra: nõ autẽ e regione.

Interlumina: ſpaciũ qđ inter columnas relinquit.

Intermeſtris luna dicit interluniũ et coitus lune. Pli.
lib. xvj. Idẽq̃ mox intermeſtri luna atq̃ dimidiata.
Intermeſtriũ. Var. lib. j. de re ruſti. Qđ a noua luna
creſcit ad plenã: ⁊ inde rurſus ad nouã lunam decre/
ſcit quoad veniat ad intermeſtriũ: a quo die dicit lu/
na eſſe extrema ⁊ prima: a quo Athenis eã dic appel
lant ερερ και νεαν Ιριακαδοσ.

Interminus a. um. quod nõ habet terminũ. Sidonius
ad Fonteliũ. Dominis ſimplicio et apollinari inter/
mina interceſſione vos comperi.

Intero is. penul. cor. intus tero. Terẽ. in Phormi. Tu/
te tibi hoc intriſti: tibi omne eſt exedendũ. Hoc autẽ
inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet. Proprie
eñ hmõi cibus intrita dicit: q̃uis etiã de alijs rebus
dicatur que terũtur. Pli. lib. xxxvj. Ruinaꝝ vrbis ea
maxime cauſa/ ꝙ furto calcis ſine ferrumine ſuo ce/
menta componũtur. Intrita quoq̃ quo vetuſtior eo
mollior. Intrita ergo videt eſſe calx: ſed illa maxime
que nõ e gleba ſtatim ad opus cõfertur: ſed tempore
maceratur atq̃ fermenteſcit. Utunt hoc vocabulo
Var. Col. Vitr. vt intrita ꝓprie tectorijs nobilibus
calx e gleba: vulgarib⁹ ⁊ vilib⁹ albarijs fere dicata ſit.
Legit ⁊ intritũ apud Pli. lib. xxxv. ꝓ terra ipſa vnde
lateres figunt. Intritũ inquit ipm eoꝝ priuſq̃ fingã/
tur macerari oportet.

Intermico as. pe. corre. in medio ſplẽdeo. Claud. lib. j.
Rutilũ ſquãmis intermicat auꝝ. Poteſt etiã intelli/
gi/ in ſquãmis vehemẽter micat.

Intermitto: ad tẽpus omitto/ ceſſo. Cice. Etſi ego id tẽ
pꝰs intermiſerã potius q̃ omiſerã. Liuius. Cũ iter
nõ intermitteret.

Interminor penul. corre. maxime minor. Plau. in Aſi.
Mihi tibiq̃ interminatus eſt nos futuros vlmeos/
ni hodie argyrippo eſſent viginti mine. Terẽ. in An.
Interminatus ſum ne faceres.

Intmorior: penit⁹ morior/ ſeu ĩtra hec morior. Bithyni
c⁹. Peto a te vt abſentẽ me q̃buſcũq̃ ĩ reb⁹ op⁹ fuerit
tuearis: ſi nullũ officiũ tuũ apud me itermorituꝝ exi/
ſtimas. Intermortuũ ꝟo latini dicũt eũ q̃ inter mor/
tẽ vitãq̃ ex dolore ꝓcũbit ſiĩs expirãti. Pli. lib. xxxij.
Vituli marini adeps inſtillat narib⁹ intermortuarũ
vulue vitio. Suet. de Nero. Poſtq̃ deinde Galbã
⁊ hiſpanias deſciuiſſe cognouit: collapſus aĩoq̃ ma/
le fracto diu ⁊ ſine voce ⁊ ꝓpe intermortu⁹ iacuit.

Internaſcor: in medio naſcor.

Interneco penul. correp. ſimul interficio ⁊ multitudinẽ

totā ferme cōplectit̄. Plau. in Am. Legiōes reueniunt domū duello extincto maximo atq̄ internecti hoſtib᷒. Hinc iternecio: vitę ꝑuatio. Liu. li. ix. Lucerini ac ſamnites ad internecionē ceſſi.

Internectiuus a. um. quod ad internecionē ꝑtinet. Vñ internectiuū teſtamentū dicit̄/ ꝓpter qđ dñs eius necatus eſt. Internectiuū bellū: qđ ad deſtructionē fit. Liu. lib. ix. Nullus mod᷒ fuit cedib᷒ deletaq̄ auſonū gēs vix certo defectionis crimine ꝑinde ac ſi internectiuo bello certaſſet. Plini. Habet deinde internectiuum bellū cum Ichneumone.

Internodiū: ſpaciū inter nodum ꝛ nodū. Col. li. iiij. Virgā mallearē nō amplius q̄ ſex gēmarū eſſe conuenit: ita tamē ſi breuia internodia habet.

Internoſco: inter alios ſiue alia noſco.

Internuncius: qui inter aliquos medius eſt ad aliquid tractandum: et modo huic/ modo illi per vices nunciat. Plautus in Am. Seu per ſcriptas litteras/ ſiue qui ipſe ambiſſet ſibi/ ſeu per internunciū. Hui᷒ fęmininū eſt internūcia.

Interopus: ſignificat dum operat̄. Tibul. Crura ſonāt ferro: ſed canit interopus.

Interordo: ſpaciū qđ eſt inter ordines. Col. li. vj. Ut iacēs nō excedat interordinis ſpaciū. Idē. Macro ſolo q̄nis pedib᷒ interordines omiſſis mediocri ſenis.

Interordiniū idē ſignificat. Idē. Minimū ē q̄nq̄ pedū interordiniū ſeptē maximū. Hinc Internodinari᷒ a. um. Idē. Cōſitis plurib᷒ internodaria ſemina malleolis: quos poſteaq̄ cōualuerint crudo ſolo qđ emiſſum eſt: trāſuerſis ſcrobibus ꝓpagent.

Interpellare: eſt loquentē vel aliq̄d agentē interrūpere. Ci. lib. j. Tuſ. Sed nihil te interpellabo: ꝯtinētē orationē audire malo. Pli. i epiſtolis. Interdū laſſo mihi oportuna interpellatiōe ſubueniūt. Hinc interpellatores dicti. Ci. In litteris ſine interpellatore ꝟſor. Aliq̄n interpellare eſt dicere. Lucil. lib. xxx. Rex tu quid agis? interpella me vt ſciā. Aliq̄n rogare. Ual. max. lib. iij. Cato vt ſocios apud auūculū adiuuarūt cōſtāti vultu nō facturū reſpōdit. Iterū deinde ac ſępius interpellatus in ꝓpoſito ꝑſtitit.

Interpollare: immittere/ interponere. Ambro. Illi naturalia captāt ſecreta: ꝛ vltra orbis terrarū terminos mare norunt/ quod nullę interpollāt inſulę: nec terra aliqua interiacet. Aliquando ſignificat nouare/ mangoniçare: et quaſi nouā formā a veteri fingere/ quaſi interpollire: tractū ab arte fullonia: qui poliēdo vel lera quęq̄ in nouam ſpeciem mutāt. Unde veſtes interpollatę et mancipia interpollata in iure ciuili: quę cum ſint veterana: lenocinio ꝛ arte faciem mutant: ꝓ recētibuſq̄ ac nouicijs licentur. Pli. At hercle Alexandrię vbi thura interpoliātur: id eſt rudia cū ſunt poliūtur. Cōuehebatur eñ illis thus rude aſpectu ſimile cortici. Plau. in Am. Illic me hō iterpollabit: meūq̄ os finget denuo.

Interpolla: noua inuēta ꝛ renouatiōes artiū ꝛ aliarū rerum. Pli. Mutat̄ ars quotidie quotiēs interpoll̄ et ingeniorū grecię flatu impellimur.

Interpollatrix: mſier q̄ antiquas veſtes renouat vt eas facili᷒ vēdat. Pōpo. Interpollatricē acceſſire oportet q̄ huic veſtē abducat. Et mulieres vitia deformitatis arte occultātes interpollę dicuntur.

Interpres: ex inter et pres: quod nō eſt in vſu: licet pres ꝓ fideiuſſore inueniat̄. Et eſt qui in aliqua re agenda medius eſt/ ꝛ veluti cōciliator ꝛ auctor. Uirgil. libro iiij. Aene. Tuq̄ harum interpres curarū ꝛ cōſcia Iuno. Interpretes ab Aſconio dicūtur per quos indicitur pactio. Quoniam ꝟo huiuſmodi homines animos eorū quibus dati ſunt interpretes ſciſcitātur: et inuicē illis exponūt: factū eſt vt interpres pro eo accipiatur qui obſcura exponit. Uirg. Troiugena interpres diuum. Ubi Ser. Interpres vaticinator: q̄ mētem deorū mortalibus publicat.

Interpretor penul. corre. expono. Hiero. ad Helio. Interpretare vocabulū monachi: hoc eſt/ nomen tuū: q̄d facis in turba qui ſolus?

Interpretamentū: interp̄tatio. Gel. Ex quib᷒ diuerſa latinę linguę interpretamēta collegimus:

Interpremo pe. cor. intercudo. Plau. i Rud. Aedepol infortunio hominē prędicat donabilē: qui ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit.

Interputo as. pe. corre. inter aliq̄d ꝛ aliq̄d decido. Col. li. iij. Roſam fruticib᷒ ac ſurculis diſponi ꝑ ſurculos pedales cōuenit ꝑ idē tempus quo ꝛ viola: ſed omnibus annis fodi añ Kalēdas Martias ꝛ interputari oportet: hoc modo multis annis perēnat.

Interrumpo: per mediū ſeu in medio rumpo. Planc᷒ Cice. Pōtes quos fecerā interrupi.

Interreges: ꝓprie dicti ſunt centum patres: qui mortuo Romulo donec ali᷒ rex crearet̄ remp. gubernabāt. Ex his eñ auctore Feneſtella decernebat̄ cuius poteſtas q̄nq̄ dierū ſpacio finiret̄: et ita ꝑ totū annū oēs ſiniebāt imperiū. Sic interregnū regni interuallum et ſpaciū temporis quouſq̄ in loco mortui ali᷒ ordinat̄. Uide in dictione Reges.

Interſcapiliū: vallecula quędā a fine colli incipiēs inter ſcapulas iacet. Higy. in deſcriptione vrſę. In humero clarā vnā in pede de poſterioribus nouiſſimo duas: in ſummo interſcapilio vnam.

Interſcindo: in medio ſiue per medium ſcindo. Liuius. Pontēq̄ interſcinderēt. Lactā. de opi. Labra ipſa q̄ quaſi antea cohęrebāt q̄decēter interſcindit.

Interſepio pis. penult. ꝓdu. intercludo vel intermedio. Lactā. lib. de opi. At id velut pariete per medium ducto interſepſit.

Interſero penul. correpta: interſeui interſitū: in medio planto/ ſemino/ inſero ve. Gel. libro. j. Eadem ratione qua ſecundi quattuor interſiti ſunt. Col. libro. iiij. Deinceps paſtinatur malleolus ordinarijs vitibus interſerendus. Interſero ꝟo ꝓ interpono: interſerui interſertū facit. Hiero. in ꝓlo. Salo. Ea quę min᷒ habebantur interſerens.

Interſono as. pe. cor. ſignificat in medio ſono.

Interſpiro as. penult. ꝓdu. de medio ſeu per medium ſpiro. Cato. Manu comprimito acina/ vt cōbibant aquā marinā: vbi impleueris dolium operculo operito/ relinquito qua interſpiret.

Interſterno is. in medio ſterno. Iuſti. libro. j. Hęc Babyloniā condidit: mirūq̄ vrbis cocto latere circūdedit arena pice bitumine interſtrato.

Interſtinguo is. ꝑ interualla aliq̄ extinguo. Feſt. Ignis veſte ſi quādo interſtinctus eſſet: virgines verberib᷒ afficiebātur a pontifice.

Interſto as. inter aliquid ſto/ intercedo. Unde interſtātia ꝛ interſtitium.

Interſtitiū: ſpaciū et diſtātia inter aliqua. Macro. Cū quattuor ſint elementa ex quibus cōſtāt corpa: terra/ aqua/ aer ꝛ ignis: tribus ſine dubio interſtitijs ſeparant̄: quorū vnū eſt a terra vſq̄ ad aquam: Ab aq̄ vſq̄ ad aerē ſequēs. Tertiū ab aere vſq̄ ad ignez. Higy. Qđ ab eo ſidere paruo interſtitio differt.

Intertextū: qđ in medio textū aliq̄d habet: vt chlamys itertexta auro: q̄ vulgo brocata ex auro dicit̄. Picturata vel acu picta vel phrygiata dicit̄ recamata.

Intertraho: đ medio traho. Plau. Ni ego illi puteo ſi occepſo aiam omnē intertraxero.

Intertrigo penul. ꝓdu. nomen ab interterendo deductum. Et eſt id malum cum ſimul membra interteruntur et confricantur accedente ſudore. Uulgo dicitur Trafregatio. Tunc enim fęmina atteruntur adurūturq̄. Paratrima a grecis appellatur. Col. li. vij. In

tertrigo bis die ſoluitur: aqua calida mox decocto agrico ſale cũ adipe defricatur.

Interturbo: valde turbo. Dauus iterturbat oia: inquit Teren. in An. Ubi Do. Hic inter auctiua particula eſt: adeo vt nõ ꝓ media ſignificatione ſit/ſed qua maiorẽ habere nõ poteſt/ vt interfectus.

Interuello is. ꝺ medio vello: quod fit cũ malas herbas a bonis extirpamus. Palla. Si ſpiſſa ſũt interuelles aliqua/vt cetera roborent. Plau. in Am. Ut ego infelix homo fui qui nõ alas interuelli.

Interula pe. corre. camiſia. Hinc illud. Quẽ veſtire debuit interula/ veſtiuit interitu.

Interuaco as. penul. cor. i medio vacuꝰ maneo. Col. lib. v. Bulbus tripedaneis iteriacẽtibus ſpacijs obrutꝰ anno celerius maturã perticã prębet.

Interuenio is penul. cor. in medio negocio quaſi ex inſidijs ſuꝑuenio et opprimo i ipſo actu qui rẽ celatam vellẽt. Ter. i Adel. Interuenit homo de improuiſo. Et interuenire eſt intereſſe. Cic. Quod nõ eſſet factũ ſi ipſe interueniſſem. Intercedere: quod ab eccleſiaſticis ſępiſſime vſurpatur.

Interueniũ: quod eſt inter venas. Uict. lib. viij. Sed nõ ꝑ interuenia dilabãtur ⁊ decreſcãt.

Interuerto: callide ſurripio: quod plerũqȝ fit cũ rem cõmodatã aut creditam dolo: ne domino reſtituatur efficimus. Cice. in Uer. Candelabrũ quod rex Egypti Ioui Capitolino dono tulerat a Uerre: qui illud cõmodato a rege accęperat/interuerſũ eſſe cõquęritur. Plau. in Aſi. Hem iſtud ago quomodo argentũ interuertã. Inuerto ꝟo eſt quaſi in contrarium verto: vt Ueſtẽ aut pellẽ/ſeu etiã verba prępoſtere ꝓnũcio: vt Lauo vola.

Interuiſo is. pe. ꝓ. quaſi interim viſo. Ci. Martio. Teqȝ ⁊ iſtã rationẽ ocij tui ⁊ laudo ⁊ vehemẽter ꝓbo: ꝙqȝ minus interuiſis hoc fero aio ęquiore.

Interſtatus dicit̃ nõ ſolũ q̃ mortuus eſt nullo ꝯfecto teſtamẽto: ſed etiã cuius ex teſtamẽto adita nõ eſt hęreditas: vt inq̃t Paulꝰ. Itẽ Inteſtatꝰ eſt cuiꝰ verbis nõ adhibet̃ fides/qui ve teſtis eſſe nõ põt. Põpo. Ipſe cũ vno ſeruo ſenex inteſtatus ꝓficiſcit̃.

Inteſtabilis: q̃ iure teſtamentũ facere nõ poteſt: ⁊ cuius teſtimoniũ non accipitur. Caius de teſtamẽtis. Inteſtabilis cũ lege quis eſſe iubetur: eo pertinet ne eius teſtimoniũ recipiat̃: et eo amplius vt quidã putant: ne ve ipſi dicat̃ teſtimoniũ. Gel. pro deteſtabili poſuit. Eos tñ qui ad Annibalẽ nõ rediſſent: vſqȝ adeo inteſtabiles inuiſoſqȝ fuiſſe vt tędiũ vitę cęperint: necẽqȝ ſibi cõſciuerint.

Inteſtinus a. um. pe. pro. qꝺ eſt intimũ. Unde illa inteſtina dicũtur/ quę i interiori corporis ꝑte claudũtur. Inteſtinũ odiũ dicit̃ vel occultũ vel magnuȝ: hoc eſt cor ⁊ aiam pręmẽs. Inteſtinũ opus: qꝺ factũ eſt ex ligno fabroꝝ. Uar. lib. iij. de re ruſti. Cũ villã haberes oꝑe tectorio ⁊ inteſtino ac pauimẽtis nobilibꝰ lithoſtratis ſpectandã paꝝ putaſſes eſſe: ni tuis quoqȝ litteris exornati parietes eſſent. Sciẽdũ/ꝙ iteſtina corporis ſex eſſe ꝓhibẽt̃. Duodenũ ſcȝ qꝺ a lõgitudĩe duodecim digitorũ nomẽ accępit: ſicut Auicẽna teſtat̃. Ieiunũ ſic dictũ: quia nũqȝ quod accipit cõtinet/ſed protinus i inferiores partes trãſmittit. Uocatur et Hilla. Inde farcimina hilę dicuntur. Hora. Perna magis ac magis hilla. Longũ ⁊ alio nomine tenuius qui eſt inteſtinis vehemẽter implicitũ. hoc Uar. Lõganonem appellat: q2 lõgius eſt inteſtinũ hoc q̃ duo tenuia. Monoculũ: quod et cęcũ nominatur: quia in dexteriorẽ partem peruiũ nõ eſt. Colon a noſtris alius dicitur: vbi magna doloꝝ cauſa eſt. Nouiſſimum eſt rectũ ita nominatuȝ: quia in ima parte dirigitur q̃ excernit̃. Hęc autẽ inteſtina ab omẽto cõtegũt̃. Et dicitur neutro genere/et inteſtinꝰ maſculino. Pli. lib. xj. Inteſtinus quibuſdã ab ore incipiẽs quadam via codẽ inflectitur/ vt ſepię ⁊ polypo. In homine annexus infimo ſtomacho ſimilis canino. Differũt tñ inteſtina a viſceribus. Illa eñ inferiora ſũt/hęc ſuperiora. Celſus lib. iiij. A viſceribus ad inteſtina veniendũ eſt. Alio noie dicuntur Interanęa. Pli. Medelę ſunt innumerę ad interanea.

Intingo is. ex in ⁊ tingo. Tingere ꝟo inficere ⁊ madefacere. Unde intinctũ quod nos saporẽ i cibis dicimꝰ. Gręci embemmata. Col. Hoc ſinapi ad embẽmata: nõ ſolũ idoneo/ſed etiã ſpecioſo vteris: εμβαπτειν eñ tingere eſt. Pli. laudat intinctũ ex myrto. Ouidius libro. ij. Faſt. Nutriat intinctos miſſa patella cibos: id eſt aliquo ſapore reſperſos.

Intorqueo es. cõtra ſeu intus torqueo/iaceo. Uirgiliꝰ. Sacrum qui cuſpide robur Leſerit et tergo ſceleratam intorſerit haſtam. Item Intorqueo: circum torqueo. Col. libro. iij. Cum iã matura mala fuerint anteqȝ rumpantur peciolos quibus pendẽt intorqueto eo modo ſeruabũt.

Intra ꝑpoſitio: ab in deriuat̃. Luca. Intra caſtrorum timuit tẽtoria ductor. Intra cubiculũ: intra oppidũ ſignificat in tẽtorijs/i cubiculo/i oppido. Aliquãdo ſignificat citra. Cic. Sed tamẽ qm̃ effugi eius occaſionẽ: qui fortaſſe arbitraret̃ me hãc rempub. nõ putare ſi perpetuo tacerẽ/modice hoc faciam: aut etiã intra modum: vt ⁊ illius volũtati ⁊ meis ſtudijs ſeruiam. Modice: id eſt cũ modo. Intra modũ. i. citra modũ. Hoc eſt minus q̃ modice. Cuius cõtrarium eſt vltra modũ. Sic dicimus in.

Intra famã. i. citra opinionẽ: vltra famã/quod eſt per q̃ multum. Quintil. Hortẽſij ſcripta tamẽ intra famã ſunt. Quomodo autẽ ad ſpaciũ ⁊ numerũ referat̃: vide i dictione Infra: Ab Intra fit interius: a quo interior/ intimus/internus/interaneus/intrinſecus/itrorſum/intrarius/inteſtinus/intro as.

Intrarius: qui intimus eſt. Plautus. Charos mihi atqȝ intrarios amicos.

Intro aduerbiũ proximũ eſt voce ⁊ ſignificatione inter. Et ſicut inter ⁊ intra ab in deſcẽdũt/ſic intus ⁊ intro. Sed intus i loco ⁊ de loco: itro ad locũ ſignificat. Et componitur cũ D. vt Introduco. E. vt Introeo. G. vt Introgredior. M. vt Intromitto. R. vt Introrumpo. U. vt Introuoco. S. vt Introſpicio.

Intro as. ingredior/intro vado.

Intrico as. pe. ꝓ. implico. Uñ extrico: eius cõtrarium. Trico ꝟo a tricis: q̃ ſunt implicatiões. Plau. Qꝺ argẽtũ tu mihi: quas mihi tricas narras.

Intrinſecus et extrinſecus pe. cor. aduerbia ſũt cõpoſita ab intra ⁊ extra et ſecus cũ ſignificat iuxta. Hiero. ad Iulianum ea cõplexus eſt. Callidiſſimus inq̃t aduerſarius ⁊ inueteratus dieꝝ maloꝝ nouit alia q̃ extrinſecus ſunt: ⁊ a philoſophis quoqȝ mũdi adiaphora/hoc eſt indifferẽtia vocãtur: i eorũqȝ amiſſiõe atqȝ cõtemptu perfectã nõ eſſe virtutẽ: alia q̃ intrinſecꝰ et de ſe data cogãt dolere perdentẽ. Inueniũtur tamẽ hęc nomina apud recẽtiores.

Intritum penult. produ. nomẽ ab intero deductum: de quo paulo añ. Cibus in mortario tritus: vt eſt alleatum. Mar. Circũlata diu mẽſis intrita ſecũdis. Eſt et participiũ Intritus a. um.

Introduco is. pe. pro. ſignificat intra aliquẽ locũ duco. Sal. Ulturciũ cum legatis introducit. Per trãſlationẽ eſt inſtruo/doceo. Uñ itroductio eruditiõis ꝓncipiũ: quã gręci εισαγωγειον vocãt.

Introeo is. notũ. Cice. i Lel. Fuerat ęquius vt prius introierã: ſic prius de vita exirem. Inde fit Introitus us. pro ingreſſu.

Introgredior eris. ſicut ſonat. Uirgiliꝰ. Poſtqȝ introgreſſi ⁊ corã data copia fandi.

Intromitto tis. Terent. Vereor ne illud grauius phedria tulerit: ne ve alioꝛſum atq; ego feci: acceperit ꝙ heri intromiſſus nō eſt.

Introrūpo is. q̄ſi cū impetu introeo. Gel. Cerua emiſſa i cubiculū Sertoꝛij introꝛupit hellanicus.

Introſpicio is. pe. coꝛ. Amb. lib. j. offi. Introſpice viſcera/ ⁊ vibices aię eiꝰ ⁊ coꝛdis meſtitudinē.

Introuoco penul. coꝛre. Liuiꝰ lib. x. Fabius nihil pꝛecatus populū q̄ vt pluſq; introuocarēt ad ſuffragium tribus Appij Claudij pꝛetoꝛis allatas ex ethꝛuria litteras audirent.

Introꝛſus aduerbiū quid ſignificet: declarat Ceſar lib. iij. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebat̄ aduerſus huic et cōtrariꝰ paſſibꝰ circiter ducētis: inferiꝰ apertꝰ a ſuperioꝛi parte ſilueſtris: vt nō facile introꝛſus pſpici poſſet. Quidā volunt intelligi introꝛſus a leua parte/ ⁊ interioꝛē a ſiniſtra.

Intybꝰ penult. coꝛrep. generis femi. In plurali intyba neutri/ et intybi maſculini. Virgil. Et amaris intyba fibꝛis. Pli. libꝛo. xx. Intybi quoq; nō extera remedia ſunt: ſuccꝰ eoꝝ cū roſaceo et aceto capitis doloꝛes lenit. Herba eſt capilloſa et amara: cuiꝰ tenues capilli ſegetes ambiūt et enecāt. Intybū erraticū antiqui cicoꝛeā vocant.

Intueoꝛ eris: vide in dictione Tueoꝛ.

Intutꝰ ta. tū. pe. ꝓ. nō securꝰ. Li. lib. v. Caſtra galloꝝ intuta neglectaq; ab om̄i parte nacti inuadūt.

Inuado dis. pe. pꝛo. inceſſo: ⁊ tam datiuo q̄ accuſatiuo iungitur. Var. de vi. pa. Tāta poꝛro inuaſit cupiditas bonoꝝ pleriſq;. Et inuadere eſt repente ⁊ cū impetu aliquē ingredi. Virg. Inuadunt vrbē ſomno vinoq; ſepultā. Sal. Priuſq; hoſtes inuaderet. Itē ingredi ſiue incipere. Cice. Nō potui magis i arcē illiꝰ cauſę inuadere. Virgil. lib. vj. Nunc inuade viā: vaginaq; eripe ferrum.

Inualeſco is. robur ac firmitatē acq̄ro. Vn̄ inualuiſſe cōſuetudinē/ inualuiſſe moꝛes dicimus.

Inualitudo: imbecillitas. Cice. i Lel. Q: aūt i his nonis in collegio noſtro nō affuiſſes: inualitudinē reſpōdeo cauſā/ nō męſticiā fuiſſe.

Inuehō his. ſumit̄ modo ꝓ ſimplici. Virgil. Centauro inuehit̄ magna. Qn̄q; intro veho. Li. libꝛo. vj. Quātūq; romana ſe inuexit acies: tantū hoſtes gradu demoti. Inuehoꝛ deponēs: ſignificat maledictis aggredioꝛ: et veluti quodā impetu ſermonis i aliquē feroꝛ. Ci. In eā itaq; parſa vehemēter inuectus.

Inuectiuę oꝛationes ſunt aduerſus aliquē ſcriptę: ꝙ i illiꝰ moꝛes inuehamur.

Inuenio is. pe. coꝛrep. cōperio: quaſi in aliquid venio. Virg. Inueni germana viā. Hinc inuētiōes ⁊ inuēta. Differuntq; ſm aliquos inuenio ⁊ reperio: ꝙ inuenire ſitrem quęſitā offendere. Reperire a caſu. Oui. Tu nō inuēta reperta es.

Inuerto: quaſi in contrarium verto. Vide in dictione Interuerto.

In verſum: in numeꝝ. Virg. Ille etiā ſeras in verſum diſtulit vlmos.

Inueſtigo gas. pe. pꝛodu. ſignificat quęrendo inuenio. Tractū a venatoꝛibus: qui ꝑ veſtigia feras quęrēdo inueniūt. Terē. Nihil tā difficile eſt: quin quęrendo inueſtigari poſſit. Cice. ꝓ Liga. Sed qm̄ diligentia amici inueſtigatū eſt quod latebat: cōfitendum eſt vt opinoꝛ. Interdū tamē ſignificat veſtigo: id eſt quęro. Teren. in Eun. Vbi quęrā? vbi inueſtigē? quem percuncter? qua inſiſtā via incertus ſū. Cice. libꝛo. j. off. In primiſq; eſt hoīs ꝓpꝛia veri inq̄ſitio atq; inueſtigatio. Sʒ qm̄ in/ quādoq; negationē inuit: ſumit̄ etiā ꝓ nō inuenio: vt eſt illud aplicū. O altitudo diuitiaꝝ ſapiētię ⁊ ſciētię dei: q̄ incōpꝛehēſibilia ſunt iudicia eiꝰ ⁊ inueſtigabiles vię eius.

Inueſtire: eſt quaſi oꝛnare. Pli. lib. xxxv. Publicas poꝛticꝰ inueſtiuit pictura.

Inuetereſco: ex in et vetereſco. Vetereſco autē a vetero as fit. Vetero a vetus. Vetereo non repperi/ ſed tm̄ vetereſco: quoꝛū pꝛęterita nuſq; legi: ſed veterauí ambo facere opoꝛtet ſi inueniatur. Nam vetero ⁊ vetereſco eodē modo in ſignificatione ſua pꝛo cedere puto quo integro et integraſco. In formatiōe ꝙ etiam ſimiliter/ niſi ꝙ inuetereſco mutat a in e/ ſicut cōſano cōſaneſco: Reſano reſaneſco: Hilaro hilareſco: Incuruo incurueſco/ ⁊ alia hmōi. Sic inuetero ⁊ inuetereſco inueteraui. Lactā. libꝛo. ij. in actiua ſignificatione poſuit. Hęc verſutia et his artibꝰ noticiam dei veri ac ſingularis apud om̄es gētes inueterauerunt: id eſt in deſuetudinē poſuerūt. Inuetereſco paſſiue. Terē. in Hecy. pꝛolo. dixit. Nouas qui exactas feci vt inueteraſcerēt: ne cū poeta ſcꝛiptura inuaneſceret. Do. Inueteraſcerēt: in deſuetudinē venirēt: ſpectarent̄/ amarent̄. Colū. pꝛęterito vſus lib. vij. i paſſiua ſignificatiōe/ et ꝓpꝛie de moꝛbo dicēs. Sed ſi iā inueterauit/ vehemētioꝛibꝰ eſt opus remedijs. Cice. quoq; i Cato. Iā om̄is cōglutinatio recēs ęgre inueterata facillime diuellit̄.

Inueterati etiam dicunt̄ qui i malis inſenuerūt: vt in ſacris litteris. Inueterate dieꝝ maloꝝ.

Inuicē pe. coꝛre. ex in et vicē pꝛopꝛie ſignificat mutuo. Quintil. Qui ſe ardētiſſimo amoꝛe inuicē dilexerūt. Aliqn̄ ſumit̄ ꝓ ſecūdo loco. Pli. Junioꝛ. Habes res vrbanas: inuicē ruſticas ſcribe.

Inuideo des. penul. coꝛre. ex in et video: ſignificat inuidiā habeo: hoc eſt ex alicuiꝰ rebus ſecūdis doloꝛe afficioꝛ. Tractū a nimis vidēdo/ ꝙ oculos ⁊ animū in eos quibꝰ inuidemꝰ cōtinue intētos teneamus. Vnde etiam cū accuſatiuo conſtructū inuenit̄. Ouidius. Troades inuideo. Virgil. Inuidet imperiū. Idem poſt accuſatiuū poſuit datiuum. Liber pampineas inuidit collibus vuas. Sic em̄ decenter dicimus: inuideo tibi doctrinas. Foꝛtuna mihi inuidet diuitias. Pli. Neq; ego vt multi/ inuideo alijs bonū quo ipſe careo. Apul. Mihi foꝛtuna diuitias inuidit. Col. libꝛo. iij. Tuſ. Vt nobis optimā naturā inuidiſſe videantur. Priſci. tamē in/ negatiue exponit dicēs. Inuideo tibi: quaſi nō vidēs tibi fio: hoc eſt/ nō ferēs te bn̄ agentē videre. Aliquādo inuidere ſignificat interius vel penitꝰ videre. Cice. lib. de oꝛa. Itaq; ne huc poſſum dicere me om̄ino ignoꝛare q̄d poſſideat: neq; plane noſſe atq; inuidiſſe. Hierony. d vera circūciſione. Quis inuidet dn̄i verbū de coꝛde patris eructatum? Sciendū ꝙ licet inuideo actiuū ſit: tn̄ cōſuetudine datiuo iūgitur: imo (vt Diom. docet) vltra dtm̄ poteſt regere genitiuū/ accuſatiuū et ablatiuū: vt inuideo tibi glorię/ gloꝛiaʒ et gloꝛia. Eiꝰ paſſiuū eſt inuideoꝛ: vt Ego inuideo tibi: et tu inuideris a me. Hoꝛac. Egoꝛ cur acquirere pauca. Si poſſū iuideoꝛ. Plau. i Tru. Mauelim mihi inimicos inuidere/ q̄ me inimicꝰ meis. Nā inuidere alij bn̄ eſſe: tibi male eſſe miſerū eſt. Qui inuidēt egēt: illi quibꝰ inuidetur rem habēt. Eſt quādo inuidere ponit̄ ꝓ odiſſe/ ꝙ contra votū nimiū videmꝰ. Ouid. Troia iacet certe danais inuiſa puellis. Cice. Dijs hominibuſq; inuiſus.

Inuidia: ab inuideo fit: et ſignificat actum ipſum inuidendi/ qui eſt doloꝛ alienę felicitatis. Aliquādo pꝛo odio et maleuolentia ſumitur. Eſt em̄ vel dicto vel facto in alterū maleuolentię conciliatio: vt ſi quis calamitates ſuas referat: oſtendatve vt auctoꝛi calamitatū concitet odium ceteroꝝ: quod dicit̄ inuidiam facere vel vocare/ vel adducere inuidiā. Quintil. Nec ei tot ſcelerū cōmemoꝛatione concitarē inuidiā. Terē. Ita vt ſine inuidia laudē inuenias/ et amicos pares. Inde inuidioſa res dicitur: quę facti atrocitatem

augẽs inuiſum illud/vel illius auctorẽ faciet. Hui⁹ dimi. eſt inuidiola. Idẽ. Cũ neſcio quid inter eos inuidiolę exortum fuiſſet.

Inuidentia: eſt ęgritudo animi/quę propter res ſecundas alterius ſuſcipitur: quę nullam iacturam afferũt inuidenti. Cicero in tertia Tuſcu. Ab inuidendo inuidentia recte dici poteſt: vt effugiamus ambiguum nomen inuidię. Cadit eñ in vtrunq̃: et in eũ qui inuidet/et in eum cui inuidetur. Unde potẽtia et opes inuidioſę dicuntur: quod verbum ductum eſt a nimis videndo fortunam alterius. Ubi inuidentiã ꝗ̃ inuidiam dicere maluit/ tanq̃ inuidentia inuidi ſit: inuidia eius cui inuidetur. Sed in frequenti vſu eſt inuidia magis ꝗ̃ inuidentia apud doctos indoctoſq̃ indiſcriminatim. Inuidia diſtat ab odio/ꝙ inuidemus fortunato/odimus vitioſum: ꝙ inuidiã ꝓfiteri erubeſcimus: odiſſe palã decoꝝ eſt: ꝙ inuidia hoim tantũ eſt: odiũ reliquaꝝ tantũ animãtiũ: vt inquit Plutar. in libro de inuidia ⁊ de odio.

Inuidus q̃ actu alicui inuidet. Horaci⁹. Inuid⁹ alteri⁹ macreſcit rebus opimis.

Inuidioſus: qui morbo inuidentię laborat. Ouid. Tẽpus edax reꝝ/tuq̃ inuidioſa vetuſtas Oĩa deſtruitis. Interdũ ſumitur pro eo cui habet̃ inuidia. Idẽ. Pactolonq̃ petit ꝗ̃q̃ nõ aureus illi Tempore: nec charis erat inuidioſus harenis. Sic potẽtia et opes inuidioſę dicunt̃. Cicero Dolobellę. Cõtingit eñ tibi qđ haud ſcio: an nemini vt ſumma ſeueritas aniaduerſionis nõ modo nõ inuidioſa/ſed etiã popularis. Et inuidioſus: odioſus atq̃ inuiſus dicit̃. Uñ inuidioſa res dicit̃: quę facti atrocitatẽ augens/inuiſũ illud vel illius auctorẽ facit.

Inuide facere dicit̃: q̃ ꝑ inuidiã aliq̃d agit.

Inuidioſe: vel q̃ per inuidiaꝫ/vel qui in aliquem excitat odiũ: eũq̃ inuiſum facit.

Inuigilo as. pe. cor. ſupra ſiue int⁹ vigilo/ ſollicit⁹ ſum. Lactã lib. iiij. Uel cuſtodiẽdis domib⁹ inuigilat.

Inuito tas. pe. pro. manifeſtã habet ſignifiatiõẽ quã ponit Cicero. Ad quẽ fruendũ nõ modo nõ retrahit verumetiã inuitat atq̃ allectat ſenect⁹. i. ꝓuocat. Et inuitare eſt delectari. Uirgi. lib. j. Geor. Inuitat genial' hyems: curaſq̃ reſoluit. Itẽ replere. Plaut⁹ in Am. Mira ſunt niſi inuitãt ſeſe pluſculũ.

Inuitat⁹ us. inuitamentũ ⁊ inuitatio ꝓ eodẽ ſumunt̃. Cicero Cęſari. Mitto ad te Trebratiũ: atq̃ ita mitto/ vt initio mea ſpõte: poſt autẽ inuitatu tuo mittendũ duxerim. Idẽ i Hortẽ. Uoluntates aũt nulla ad neceſſarias inuitamẽta afferunt ſenibus.

Inuit⁹ ta. tu m. qđ nõ libẽter fit. Terẽ. in And. Feci hodie vt fierẽt inſperãte atq̃ inuito Pãphilo. Cice. lib. ij. ad Herẽ. Sin eſt ꝓbus: cur talẽ inuitã inuitum cogis relinquere. Idẽ cõꝑatiuũ poſuit cũ ait: Quẽ ego paulo ſciebã/vel imprudẽti⁹ vel inuiti⁹: nolo eñ dicere de tã ſuaui hoie faſtidioſius.

Inunco cas. quaſi vnco inuador/arripio. Lucil. Aut q̃ nũmos triſtis inuncat. Col. li. viij. Tũ etiã quotidie minuit̃ lana: q̃ quãto plixior ī pectore cõcreſcit/tãto magis obnoxiũ eſt rubis: quib⁹ velut hamis inuncata a paſcentiũ tergorib⁹ auellit̃.

Inundo as. qñq̃ abſolute ponit̃: ⁊ ſignificat creſco ⁊ extra alueũ verſor. Pli. Anteq̃ nilus inundaret. Qñq̃ actiue: ⁊ ꝓ ambulo ponit̃. Idẽ. Agros ⁊ ſata oĩa inũdauit. Hinc fit inundatio/ꝓ diluuio.

In vnguẽ et ad vnguẽ: ſignificat ad ꝑfectionẽ. Uirgi. li. ij. Geor. Nec ſeci⁹ oĩs in vnguẽ Arborib⁹ poſitis ſecto via limite quadret. Trãſlatio a lapicidis: qui vngue marmoris lenitatẽ experiunt̃.

Inui⁹ ia. ium. qđ eſt ſine via: ⁊ ꝑ qđ iri nõ poteſt.

## I Ante O

Ionia: regio minoris Aſię media inter Cariã ⁊ ęoliã ab Ionio athenienſiũ duce cognoiata: q̃ cã regionẽ ſubegit. Uel ab Iano Iaphet filio/ vt Ioſeph⁹ inq̃t. In ea Miletũ ciuitas/ Priẽnis/ Epheſus ⁊ Claçomene.

Iordanis fluui⁹ i iudęa eximię ſuauitatis. Orit̃ ad radices lybani: duob⁹ fontib⁹ ſurgit: alteri nomẽ Ior: alteri Dan: q̃ ſimul iuncti Iordanis nomẽ efficiunt.

## I Ante P

Ipſe a. um. ꝓnomen demõſtratiuũ: quãdo ſcilicet cum aliis pronominibus iunctũ eoꝝ accipit ſignificationem: vt egoipſe/tuipſe/illeipſe. Inuenitur tamẽ ſępe abſq̃ aliis ꝑ eclypſim prolatũ: ⁊ tamẽ eoꝝ habens ſignificationem/quę cũ eo ſubaudiunt̃. Uirgi. Queq̃ ipſe miſerrima vidi. Aliquãdo relatiuũ eſt. Idẽ. Ipſe ardu⁹ altaq̃ pulſat Sidera. Aliquãdo emphaſim: id eſt expreſſionẽ alicui⁹ rei latẽtis habet: vt ſi dicã. Ipſe pater de quo minus credendũ eſſet qui hoc fecit. Et ſi ei addat̃ particula met: vt ipſemet: diſcretio ſignatur. Hoc eſt ipſe ſolus/ ⁊ non cũ aliis: vel ipſe ꝑ ſe/ et nõ per alios. Aliquãdo ſignificat ſimilẽ: vnde ⁊ comparatiuũ habet ipſior/et ſuperlatiuũ ipſiſſim⁹: id eſt ſimilior ſimillimus. Apud veteres ipſus ꝓ ipſe dicebat̃. Teren. Ipſus eſt.

Ipſippe: id eſt ipſi nec alij.

Ips: vermiculus eſt: qui corna viteſq̃ pręrodit: vt cis frumenta/tripis ligna/ſis veſtes/is vitra/ midas famã. Declinatio autẽ hui⁹ nominis nõ facilis eſt. Uñ docet ſic Suidas ιψοσ κωληξ ταικλιɤεται ιποσ και το πληθυντικον ψι.

Ipſulces: braceę dicebantur in muliebrẽ virilem ve ſpeciem expreſſe.

## I Ante R

Ir neutri generis ⁊ indeclinabile: ꝓprie man⁹ ꝯcauitas: licet qñq̃ ꝓ ipſa manu ponatur.

Ira dicta eſt ab eo qđ eſt ire: Nã a ſe it q̃ iraſcit̃ ⁊ furit. Unde ⁊ qui irã deponit ad ſe redire dicit̃. Teren. in Adel. Tandẽ repme iracundiã/ ⁊ ad te redi. Eſt autẽ ira: libido puniẽdi ei⁹/a quo iniuria offenſi ſumus.

Iratus dicit̃: qui ex aliqua re laceſſit⁹ excãduit: etiã ſi natura nõ ſit iracundus.

Irate aduerbium: per irã ſignificat.

Iracundus: qui ex parua vel nulla cauſa: quiq̃ natura ad iram procliuis eſt: etiam ſi tunc nulla moueatur ira. Hinc iracundia dicta (auctore Feſto) ꝙ iram incẽdat. Dona. Ira de cauſa eſt: iracũdia de vitio multũ iraſcẽtis. Sene. libro de ira. Ira quo diſtet ab iracundia apparet: quo ebri⁹ ab ebrioſo/ et timẽs a timido. Iratus poteſt eſſe nõ iracundus. Iracundus poteſt aliquãdo nõ iratus eſſe: vſurpatiue tamẽ iracundia ponit̃ pro ira. Cice. libro. iiij. Tuſc. Iracũdia eſt vlciſcendi libido.

Iraſcor iraſceris irat⁹: cõſtruit̃ cũ dtõ. Plau. Noli amabo Amphitrio iraſci Soſię cauſa mea. Hui⁹ cõpoſita ſunt Subiraſcor: qđ eſt paulũ iraſcor. Obiraſcor: cõtra iraſcor. Liui⁹ libro. j. Fortunę vt ſit ob irati cultum reliquerant deũ.

Ire pedib⁹ in ſentẽtiã q̃d ſignificet: vide ſupra in eo is.

Irenarches ſiue irenarcha dicit̃: q̃ ad tollẽdas diſcordias/ ⁊ pacãdos ciuiũ aios i ciuitate ꝑficit̃. Apud iuriſcõſultos tamẽ dicit̃: q̃ diſciplinę publicę ⁊ corrigẽdis morib⁹ ꝑficit̃. Gręci ei ειρηνην pacẽ vocãt αρχων.

Iris is. vel idis. arcus cęleſtis: ab ειρειν qđ eſt nũciare. Nã poetę deoꝝ nunciã fingunt. Uirgi. Irim de cęlo miſit ſaturnia Iuno. Hui⁹ arcus cauſa eſt radi⁹ ſolis cauę nubi immiſſus: qui repulſa acie in ſolẽ refringit̃. Nubes eñ formã arcus diſcoloris efficiũt: quia alię partes eaꝝ tumidiores ſunt/alię ſummiſſiores: ⁊ quędã craſſiores/ꝗ̃ vt ſolẽ tranſmittãt: alię imbecilli/

oꝛes ꝗ̃ vt excludãt. Hec inequalitas alternis lucem vmbraſq; cõmiſcet: ⁊ exprimit illã mirabilẽ arcus varietatẽ. Eſt ⁊ iris herba ſuauiſſimi odoꝛis: vt Pli. libꝛo. xxj. teſtis eſt: cuius radicẽ dixit in vnguẽtis ⁊ medicinis cõmendari. Caulẽ habet cubitalẽ ⁊ rectũ/ radicẽ raphano ſimilẽ: que ſternutamenta mouet. Floret diuerſoꝝ coloꝝ ſpecie quaſi arc⁹ celeſtis a quo nomen habet: vulgo dicit̃ liliũ ceruleũ.

Ironia cũ accentu in penul. dici poteſt ſimulatio vel illuſio ειρωνεια ab ειρω dico: ⁊ inde ειρωνευομαι in voce paſſiui qđ eſt cauilloꝛ. Figura cũ aliquid per contrariũ dicit̃ ⁊ illuſionẽ.

Irretio tis. a rete fit: et ſignificat retineo rete quaſi capio. Unde irretitus dicit̃: qui aliqua fraude vel blandicijs aut dolo: quaſi rete capt⁹. Lactã. libꝛo. iij. Eos autẽ qui deũ ſciunt/ dolis et aſtu aggreditur/ vt cupiditate aut libidine irretiat: aut peccatis blãdiẽtib⁹ depꝛauatos impellat ad moꝛtẽ.

Irraucio is. irrauſi ſum. ex in et raucio: quod a rauc⁹ deſcendit. Et ſignificat raucus fio. Dicitur et irrauceo es. irraucui. Cicero li. de oꝛa. At Aeſopũ ſi paulũ irraucuerit explodi.

Irpices pe. coꝛ. gen⁹ caſtroꝝ ferreoꝝ ſeu regule cũ plurib⁹ dentib⁹: quos itẽ vt plauſtra boues trahunt vt ꝓruãt glebas: ⁊ extirpẽt herbas in agris.

Irrepo is. pe. ꝓ. pſi. ptũ. ſignificat paſſim ⁊ latẽter moꝛe reptiliũ intro eo: aui⁹ frequẽtatiuũ ẽ irrepto. Hoꝛa. Nex ope in lõgo fas eſt irrepere ſomnũ.

Irripio pis. penul. coꝛre. intus rapio. Cicero. Irripiũt in edes ſubito.

Irrigo as. pe. coꝛ. ex in et rigo: ſignificat quaſi riuos in agrũ deduco. Rigo autẽ a riguus.

Irriguus a. um. quod irrigat̃/ vel facile irrigari poteſt. Cato. Uinea eſt pꝛima/ vel ſi vino multo eſt. Secundo loco hoꝛtus irriguus. Accipitur ⁊ quandoq; in ſignificatione actiua: vt Aq̃ irriguat q̃ irrigat. Uirgil. libꝛo. iiij. Geoꝛg. Irriguũq; bibant violaria fontẽ. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis hoꝛtus aquas. Ambꝛo. ſubſtantiuo vſus eſt. Magna eſt elemoſyna que ardentiũ criminũ globos beniuolẽtie ſue fonte refrigerat: ⁊ quodã irriguo largitatis obꝛuit incendia delictoꝛũ. Et lib. Hexa. Ut ſi irriguis aquaꝝ plerũq; ⁊ ſegetes letioꝛes ſunt.

Irrito tas. penul. coꝛre. componit̃ ex in et rato tas. quo veteres vtebantur pꝛo ratũ facio/ appꝛobo: ⁊ ſignificat nõ ratũ eſſe volo/ vel oſtendo/ vel facio. Et irritũ: impꝛobatũ/ nõ ratũ/ et per tranſlationẽ in nihilũ redactũ. Uirgil. Irrita ꝑpetua ſoluent foꝛmidine terras. Teren. in Phoꝛ. Quod dictũ indictũ eſt: quod erat ratũ id irritum eſt.

Irrito tas. penul. ꝓduc. ſignificat pꝛouoco/ irãq; incendo. Frequentatiuũ ab irruo per mutationẽ u in i/ euphonie cauſa. Tractũ a canibus: qui cum pꝛouocantur irruunt. Uel vt Dona. ait. Qui reſtrictis dentibus hanc litterã r. imitãtur. Uirgili⁹ libꝛo. x. Irritatq; virum telis et voce laceſſit. Ouidius libꝛo. ij. Faſtoꝝ. Tũ ſicco pꝛimas irritat coꝛtice flãmas: id eſt ſuſcitat. Plaut⁹ in Amphi. Irritabis crabones. Eſt et pꝛoꝛito as. pe. pꝛod. Nã ſicut irrito pꝛo laceſſo ab irruo eſt/ ita pꝛoꝛito a pꝛoꝛuo. Nec multũ in ſignificatione differunt: Nã pꝛoꝛito idẽ eſt quod ꝓuoco. Col. libꝛo. ij. Lini ſemen niſi magnus eſt eius in ea regione quã colis ꝓuentus ⁊ pꝛeciũ pꝛoꝛita/ ſerendũ non eſt. Agris eñ ꝓcipue noxiũ eſt. Hic in bonã partẽ ſumitur. Irrito ṽo magis frequẽtatũ eſt ꝗ̃ pꝛoꝛito. Et ferme ſemꝑ acris maleq; vehemẽtie. Pꝛoꝛito nõ ſic/ ſed in bonã et in malã partẽ/ vti ꝓuoco capi poteſt. Irrito ſemper in malã.

Irrogo gas. penul. coꝛre. infero/ inſligo. Plau. in Cap. Qui conſilium iniere quo nos victu et vita pꝛohibeant: his diem dicã irrogabo multã vt mihi cenas decẽ meo arbitratu dent/ cum cara annona ſit. Aug⁹ libꝛo quarto de ciui. dei. Nã iuſtis quicquid maloꝛum ab iniquis dominis irrogatur: nõ eſt pena criminis/ ſed virtutis examen.

